OPUSCULA ET TEXTUS

HISTORIAM ECCLESIAE EIUSQUE VITAM ATQUE DOCTRINAM ILLUSTRANTIA

SERIES SCHOLASTICA

EDITA CURANTIBUS

M. GRABMANN ET FR. PELSTER S. J.

FASC. VI

DURANDI DE S. PORCIANO O. P.

QUAESTIO DE NATURA COGNITIONIS

(II SENT. (A) D. 3 Q 5)

ET

DISPUTATIO CUM ANONYMO QUODAM

NEC NON

DETERMINATIO HERVEI NATALIS O. P.

(QUOL. III Q. 8)

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

EDIDIT

JOSEPHUS KOCH

MONASTERII

TYPIS ASCHENDORFF

OPUSCULA ET TEXTUS

HISTORIAM ECCLESIAE EIUSQUE VITAM ATQUE DOCTRINAM ILLUSTRANTIA

SERIES SCHOLASTICA

EDITA CURANTIBUS

M. GRABMANN ET FR. PELSTER S. J.

Intendimus hac serie et pro exercitiis scholasticis et pro lectione privata textus et opuscula parare sumpta ex variis scriptis scholasticorum. Ea ita eligentur, ut paulatim habeatur apta introductio in praecipuas quaestiones litterarias et speculativas tum philosophiae tum theologiae scholasticae. Hac via diversae scholae et diversa indoles scholasticorum quasi in quodam speculo clare apparebunt.

Textus eligentur ex operibus iam typis impressis, quae tamen hodie nec facile nec sufficienti numero comparari possunt et ex libris manuscriptis ineditis. Non tamen in animo est textum proprie criticum constituere — hoc finem assequendum nimium retardaret et in multis frustraret —; nihil aliud spectamus nisi ut ope quorundam manuscriptorum textum satis accuratum paremus, qui sufficiat usque ad tempus editionis criticae faciendae. Introductione et notis ea communicantur, quae ad textus intelligendos omnino necessaria sunt. Reliqua ulteriori explicationi magistri et exercitationi scholasticae relinquimus. Quivis fasciculus attinget saltem 16 paginas, 64 non facile superabit.

OPUSCULA ET TEXTUS

HISTORIAM ECCLESIAE EIUSQUE VITAM ATQUE DOCTRINAM ILLUSTRANTIA

SERIES SCHOLASTICA

EDITA CURANTIBUS

M. GRABMANN ET FR. PELSTER S. J.

FASC. VI

DURANDI DE S. PORCIANO O. P.

QUAESTIO DE NATURA COGNITIONIS

(II SENT. [A] D. 3 Q. 5)

ET

DISPUTATIO CUM ANONYMO QUODAM

NEC NON

DETERMINATIO HERVEI NATALIS O. P.

(QUOL. III Q. 8)

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

EDIDIT

JOSEPHUS KOCH

ALTERA EDITIO EMENDATIOR

MONASTERII 1935

TYPIS ACHENDORFF

DURANDI DE S. PORCIANO O. P.

QUAESTIO DE NATURA COGNITIONIS

(II SENT. [A] D. 3 Q. 5)

ET

DISPUTATIO CUM ANONYMO QUODAM

NEC NON

DETERMINATIO HERVEI NATALIS O. P.

(QUOL. III Q. 8)

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

EDIDIT

D. DR. JOSEPHUS KOCH

IN UNIVERSITATE VRATISLAVIENSI PROFESSOR

ALTERA EDITIO EMENDATIOR

MONASTERII 1935

TYPIS ASCHENDORFF

Imprimatur.

Monasterii, die 3 Januarii 1935.

Meis,

No. L 1660. Vicarius Episcopi Generalis.

Druck der Aschendorffschen Buchdruckerei, Münster i. Westf.

Praefatio
ad secundam editionem.

1. Hoc fasciculo tres quaestiones ad psychologiam Durandi de S. Porciano O.P. spectantes continentur: I. Durandi quaestio, utrum angeli cognoscant omnia quae cognoscunt per essentiam suam vel per species, e prima editione Commentarii in libri II Sent. dist. 3 desumpta (= II Sent. [A] d. 3 q. 5). Quantum momentum haec quaestio, quae in secunda editione [B] omissa, in tertia [C] totaliter retractata est, ad doctrinam genuinam doctoris moderni faciat, iam alibi demonstravi[1]. II. Disputatio Durandi (Opponentis) et Anonymi cuiusdam (Respondentis), utrum intelligere sit aliquid additum intellectui, cum eo faciens compositionem realem. III. Hervei Natalis Quolibet III q. 8, utrum actus intelligendi dicat aliquid superadditum potentiae. Has ultimas quaestiones ut disputationem et determinationem iungendas esse puto[2]. Sed etiamsi haec opinio falsa sit[3], textus ipsi vim suam retinent, cum non solum demonstrent, quomodo Thomistae doctrinam Durandi redarguerint, sed etiam, quem disputandi methodum scholastici adhibuerint.

2. In prima huius fasciculi editione quaestionem Durandi ex Petri de Palude II Sent. d. 3 q. 3—5, codicibus usus Basileensi B II 22 (= Ua) et Vaticano lat. 1073 (= Vc) restitui, quia tunc codicem II Sent. (A) Durandi nobis praebentem nondum noveram. Denique anno 1933 in codice Magdeburgensi 91 [membr. ff. I + 4 + 138 + I, 25,8 × 20,7 cm (2 col.) saec. 14 in. = M] illo opere indagato (f. 77r—137r), quaestionem de cognitionis natura (f. 85vα—87vβ) non iam

---

[1] Ueberweg-Geyer, Grundriß der patrist. und scholast. Philosophie, 11. Aufl., 1928, p. 522.

[2] J. Koch, Durandus de S. Porciano O. P. Forschungen zum Streit um Thomas von Aquin zu Beginn des 14. Jahrhunderts, Erster Teil, Literargeschichtliche Grundlegung (Beiträge z. Gesch. d. Philos. d. Mittelalters XXVI, 1), 1927, p. 144 ss.

[3] Cf. Fr. Pelster in Scholastik 2 (1927) 592 s.

e fonte secundario restitutam, sed ex ipsius Durandi lectura desumptam benevolo lectori offero. Attamen codices, qui opus Paludani continent, adhuc magni sunt momenti, cum textus cod. M multis mendis scateat; e. gr. scriptor f. 86rβ propositiones, quae in margine exemplaris verisimiliter scriptae erant, aliquas ordine depravato textui inseruit (cf. p. 14, 13 ss.). Ideo, quamvis cod. M plerumque secutus sim, tamen menda eius evidentia, testimonio codd. Ua et Vc communi fultus, correxi; alias istorum codicum lectiones varias neglegendas duxi. Addenda uncis [ ] inclusi.

Disputatio, quae secundum locum obtinet, e Cod. Amploniano (Erfordiensi) F. 369 [membr. ff. 300, 29 × 19,5 cm (2 col.) saec. 14 = E], f. 80rβ—81rα transscripta est. Pauca verba delenda inter < > posui.

Quaestio denique Hervei Natalis ad fidem trium codicum nec non priorum librorum typis excusorum edita est: 1) Cod. Bibl. Nat. Matritensis 226 [membr. ff. 275,33 × 23 cm (2 col.) saec. 14 = H], f. 97^{v}—100^{r}. 2) Cod. Vat. lat. 772 [membr. ff. 194, 22,5 × 16 cm (2 col.) saec. 14 = Vi], f. 167^{v}—170^{r}. 3) Cod. Vat. lat. 860 [membr. ff. 70, 36 × 24,5 cm (2 col.), saec. 14 = Vo], f. 63^{v}—65^{v}. 4) Hervei Natalis Britonis theologi excellentissimi et generalis Ord. Pred. quattuor Quolibeta, edita per Benedictum Utinensem O. P., Venetiis 1486 [= ε], f. k 5^{r}—11^{r}. 5) Subtilissima Hervei Natalis Britonis theologi acutissimi Quolibeta undecim cum octo ipsius profundissimis Tractatibus, edita per M. A. Zimara, Venetiis 1513 [= ζ], f. 78^{r}—80^{v}.

Cum tam paucis codicibus editio critica fieri non posset, in quaestione edenda ita egi, ut a textu Zimarae ordirer et hunc ope tam editionis Benedicti Utinensis quam codicum corrigerem. Editio Benedicti parum valet, cum textus saepissime ab unanimo consensu codicum aberret et ad arbitrium factus esse videatur. Qua de causa varias lectiones ε proprias in apparatu critico omisi. Codices sequor, quoties omnes vel meliores (ViVo) contra ζ (vel $\varepsilon\zeta$, Hζ, H$\varepsilon\zeta$) consentiunt, et lectiones variantes ζ in apparatu annoto.

3. Praeter quaestionem Hervei lector argumenta non negligat, quibus Petrus de Palude in quaestionibus supra laudatis Durandum impugnat, necnon *Evidentias* Durandelli, qui quinque articulis (II Sent. d. 3 a. 4—8) doctrinam S. Thomae ab impugnationibus Durandi defendit.

I.

Durandi de S. Porciano II Sent. (A) d. 3 q. 5.

Utrum angeli cognoscant omnia que cognoscunt per essentiam suam vel per species.

Et videtur, quod per species, quia necesse est ad hoc, quod intellectus intelligat, quod in ipso sint res vel rerum species, ut patet ex tertio De anima[1]. Sed in intellectu angelico non sunt res per essentiam suam. Ergo sunt ibi per suas species. M f. 85 vα

Ad idem est, quod dicitur decima propositione De causis, quod omnis intelligentia plena est formis[2]. Sed illas formas vocamus species. Ergo etc.

In contrarium arguitur, quia si angelus intelligeret per species, aut species esset solum ratio cognoscendi vel esset medium cognitum. Non potest dici, quod sit solum ratio cognoscendi, quia quod est solum ratio cognoscendi, habet rationem perfecte similitudinis cum eo, in cuius cognitionem ducit. Unde et similitudo dicitur per quandam expressionem. Sed nulla species in intellectu angelico potest habere rationem perfecte similitudinis cum rebus corporalibus. Ergo etc. Maior patet. Sed minor probatur, quia perfecta similitudo non est rerum differentium specie;

---

21 in *om M*

[1] De anima l. 3 c. 8 431b 27. Com. Thomae l. 3 lect. 13.
[2] De causis § 9, ed. O. Bardenhewer, 1882, p. 173.

sed quidquid est in intellectu angeli, differt specie ab omnibus, que sunt in rebus corporalibus. Ergo nichil existens in mente angeli potest esse perfecta similitudo rerum corporalium, que intelliguntur ab angelo. Non est ergo solum ratio cognoscendi.

Item nec est medium cognitum, quia medium cognitum potest ducere in cognitionem alterius ratione cuiuscumque habitudinis, sive ut simile, sive ut contrarium, vel qualitercumque aliter. Sed hanc habitudinem habet esse angeli ad omnes res. Ergo angelus per essentiam suam, quam perfectissime novit, potest alia cognoscere nec oportet propter hoc ponere species in eo.

Item nullus dicit speciem esse medium cognitum, sed solum rationem cognoscendi. Quare etc.

Responsio. Videnda sunt duo. Primum est, qua-
M f. 85 vβ liter fiat intelligere ‖ in nobis per speciem vel absque specie. Secundo, qualiter fiat in angelis. Et hic est ordo conveniens, quia secundum Commentatorem[1], si ignoremus penitus naturam intellectus nostri, nullo modo possemus devenire in aliquam cognitionem substantiarum separatarum.

Circa primum est intelligendum quod de intelligere, qualiter fiat in nobis, est duplex opinio.

Prima dicit quod intelligere est actio intellectus informati specie rei intelligibilis realiter ab utroque differens, ad quam se habet intellectus specie informatus sicut aqua facta calida ad calefactionem pedum vel manus. Sicut enim aqua, que de se non est calida, actu non potest calefacere pedem aut manum, nisi prius in se recepto calore, sic intellectus noster possibilis non potest in actum intelligendi, nisi prius fiat

---

2 omnibus] omni *M* 13 eo] Deo *M*

[1] In Aristotelis De anima l. 3 com. 6 (Ed. Venet. 1574, 151 E).

in actu per speciem rei intelligibilis; et sicut calor receptus in aqua est sibi ratio calefaciendi alterum active, sic species rei intelligibilis est intellectui nostro [ratio] eliciendi actum intelligendi active, nec est hic et ibi differentia, nisi quia calefacere est actus transiens in materiam exteriorem, [quod] non est intelligere. Dictum autem Philosophi 2 De anima[1], quod intelligere est pati, exponunt quod hoc verum est non essentialiter, sed concomitative, quia non intelligeremus, nisi prius recepta spēcie rei intelligibilis, que receptio est passio large dicta.

Iste autem modus non videtur conveniens, primo quia quandocumque aliquis actus principiatur a duobus, quorum unum est materiale et reliquum formale, verius principiatur a formali quam a materiali, ut patet in exemplo de aqua calefacta. Sed secundum hanc opinionem intelligere nostrum principiatur ab intelletu informato specie, ita tamen, quod species est forma et actus intellectus, per quam factus in actu potest elicere actum intelligendi. Ergo verius causatur nostrum intelligere a specie quam ab intellectu, immo plus, quia licet totum compositum ex intellectu et specie sit illud, quod agit vel elicit actum intelligendi, sola tamen species est principium quo et nullo modo intellectus, sicut solus calor aque est principium, quo aqua calida calefacit, licet totum compositum ex aqua et calore sit illud, quod calefacit.

Istud autem est inconveniens propter multa: Primo, quia ridiculum est dicere, quod actus vite inquantum huiusmodi sit principaliter vel totaliter ab eo, quod nichil est viventis, sed advenit ab extrinseco. Sed

12 modus] motus *M* 18 informate *M* 19 actus] et *add M* 22 quia] quod *M*

[1] De anima l. 3 c. 4 429 a 13.

intelligere et totaliter cognoscere est actus vite; species autem nichil est ipsius viventis, sed advenit ab extrinseco. Ergo inconveniens est, quod intelligere sit totaliter vel principalius a specie quam ab intellectu.

Secundo, quia si intelligere verius causatur a specie quam ab intellectu, cum virtute divina possit fieri, quod intelligamus sine specie, ut in visione beata, multo magis posset fieri, quod intelligeremus sine intellectu, quod est absurdum.

Sed dices, quod non, quia Deus potest facere quemcumque effectum sine causa efficiente media, sed non sine causa materiali vel subiectiva; non enim potest facere figuram sine quantitate; species autem est principium activum, quo elicitur actus intelligendi, sed intellectus est principium passivum, in quo recipitur subiective; et ideo Deus potest causare in nobis actum intelligendi sine specie, non autem sine intellectu. Sed istud non valet, quia intelligere est actus manens in agente, et non quidem per accidens; tum quia posset non esse in agente, tum quia de hiis, que sunt per accidens, non est doctrina[1], que tamen est de hoc, quod intelligere est actio manens in agente, ut patet ex 9 Methafisice[2]. Est ergo intelligere actio manens in agente non per accidens, sed per se. Sicut ergo intelligere est active ab intellectu informato specie, verius tamen et principalius a specie quam ab intellectu, sic eius subiectum susceptivum erit intellectus informatus specie, verius tamen et principalius ratione speciei quam ratione intellectus; propter quod, si fieri potest, quod intelligamus sine

1 vite] intellectus *M* 5 Secundo — 6 intellectu *om M* 10 quod non *om M* 19 et—quidem] nunquam *M* et *om Ua* 22 ut—24 agente *om MVc* 27 eius] est *M* 28 verius] veri *M* et *om M*

[1] Met. VI c. 2 1026 b 5 ss. Com. Thomae l. 6 lect. 2.
[2] Met. IX c. 8 1050 a 20 ss. Com. Thomae l. 9 lect. 8.

specie, poterit etiam fieri, quod intelligamus sine intellectu, ut arguebatur.

Tertio, quia si species in intellectu est principium, quo intellectus elicit active operationem intelligendi, per eandem rationem species in sensu est principium, quo sensus elicit active operationem sentiendi. Sed istud est inpossibile, ut probabo. Ergo et primum. — Probatio assumpte: Omne, quod habet formam, que est alicuius actionis principium, potest per formam, quam habet, in illam actionem. Sed eandem formam secundum speciem quam habet sensus — puta visus — habet medium; qualis enim species recipitur in oculo, talis recipitur ‖ in medio. Ergo si ipsa est principium M f. 86rα
eliciendi active operationem sentiendi, sicut per eam sentit oculus, ita per eandem sentiret medium; quod non est verum. Ergo ipsa non est principium eliciendi active operationem sentiendi.

Sed dicetur, quod non, quia actus non solum requirit principium a quo sit, sed etiam subiectum in quo sit. Licet autem species sensibilis, quantum est de natura sua, sit elicitiva actus sentiendi, tamen medium non est eius susceptivum, sed organum solum. Et ideo medium non sentit, sed organum. Istud autem excluditur per id quod prius dictum est, quod sentire est actus manens in agente per se et non per accidens. Propter quod quidquid est receptivum forme, que est principium activum talis actionis, est similiter receptivum actionis.

Quarto, quia nulla potentia naturalis ad eliciendum actum sibi connaturalem et proportionatum indiget aliquo extraneo tanquam principio causativo actus; esset enim illud connaturalius actu elicito. Sed

1 etiam] et *M* 10 illam] aliam *M* 24 autem] quod *M* 25 sentire] non *add M* et non] sed est *M*

intellectus se habet ad intelligere tanquam ad actum sibi proportionatum et connaturalem. Quare etc.

Alii[1] dicunt aliter quod intelligere et sentire per hoc solum fiunt in nobis, quod obiectum movet potentiam, non causando in ea aliquam speciem, que sit obiecti representativa vel actus elicitiva, sed immediate causando ipsum sentire vel intelligere. Quod probant sic. Illud, ad quod aliquid habet esse in potentia, fit actu in ipso ab agente proportionato et non aliud. Sed potentia apprehensiva, qualis est sensus et intellectus, secundum quod huiusmodi solum est in potentia ad apprehensionem. Ergo per obiectum proportionatum sensui et intellectui solum fit in sensu sentire et in intellectu intelligere. Dico autem in sensu, quatinus sensus est, quia organum sensus, quatinus communicat cum medio in aliqua qualitate, ut pupilla cum aere in dyaphaneitate, preter sensationem, quam recipit sensus inquantum huiusmodi, recipit etiam speciem intentionalem rei sensibilis ratione qualitatis, in qua communicat cum medio, que tamen species „non est essentialiter ipsa sensatio; alioquin sensatio esset in medio et in organo, virtute sensitiva corrupta.“ Intellectus autem, cum non sit virtus organica, non potest immutari, nisi inquantum est virtus apprehensiva. Ipsa, inquantum huiusmodi, non est in potentia nisi ad intelligere, et ideo nichil recipit nisi intelligere.

Item si poneretur species in intellectu, hoc esset vel ut moveret intellectum, quod esse non potest, quia forme non movent sua subiecta, sed solum in

---

3 *in marg. UaVc* · G ·. 6 obiecti *om M* 9 ab *om M* 20 cum] in *M*

[1] Godofridus de Fontibus, Quol. IX q. 19 (Les Philosophes Belges T. IV, 1928, 274 ss.); cf. Quol. I q. 9; VI q. 6; X q. 12.

formant, vel ut representaret obiectum, quod non oportet, quia sufficienter representatur in fantasmatibus. Igitur in intellectu non fit species preter ipsum intelligere, quod est ab obiecto effective, et est quoddam pati, non solum concomitative, ut primi dicunt, sed essentialiter, quamvis secundum nomen sit actio, eo quod per verbum activum significatur.

Istud autem non videtur bene dictum propter multa: Primo, quia, quamvis agens non semper sit prestantius patiente quantum ad illud, quod est secundum suppositum — puta ignis non est prestantior homine, in quem agit — tamen oportet universaliter agens quantum ad principium, quo agit, esse prestantius et nobilius patiente quantum ad id, quo patiens patitur, sicut nobilior est caliditas ignis, per quam agit, quam sit siccitas et humiditas hominis, per quam ab igne patitur. Sed qualitas sensibilis, per quam sensibile agit in sensum, ut isti dicunt, non est aliquid nobilius et perfectius potentia sensitiva, et idem intelligitur de obiecto intellectus et potentia intellectiva. Ergo obiectum sensus et intellectus non potest causare in sensu et intellectu sentire et intelligere. Et hec est ratio Augustini (6 Musice)[1], ubi dicit sic: „Considerandum, utrum re vera nichil aliud sit, quod dicitur audire, nisi aliquid a corpore in anima fieri. Sed absurdum est fabricatori corpori materiam quodammodo animam subdere. Nunquam enim est anima corpore deterior, et omnis materia fabricatore deterior. Nullo igitur modo anima fabricatori corpori subiecta materies. Esset autem, si aliquos in ea numeros operaretur corpus.“ Hec sunt verba eius.

10 *et* 14 patiente] paucitate *M* 13 principium] primum *M* 30 autem esset *M*

[1] De musica l. 6 c. 5, ML 32, 1167 s.

Secundo, quia si intelligere est pati secundum rem, intelligi erit actio secundum rem, licet e contrario sit utrobique secundum nomen. Semper enim actio et passio proportionaliter designantur verbo activo et passivo; sed omnis actio perfectior et nobilior est passione sibi correspondente. Ergo perfectius et nobilius est intelligi quam intelligere. Quod est absurdum, quia ‖ M f. 86rβ actus viventis et cognoscentis semper est nobilior omni proprietate communi viventibus et non viventibus, cognoscentibus et non cognoscentibus. Sentire autem et intelligere competunt solis viventibus et cognoscentibus; sentiri autem et intelligi commune est non viventibus et non cognoscentibus. Ergo etc.

Item non propter hoc agens agit, quia passum patitur, sed e contrario. Sed obiectum propter hoc intelligitur, quia intellectus intelligit. Ergo intelligi non est agere, nec intelligere pati.

Si autem dicatur, quod intelligere non est pati, nec intelligi est actio, sed est aliquid consequens ad utrumque, sc. ad actionem et passionem, quia intelligere est intellectum habere talem perfectionem ab intelligibili, per quam formaliter intellectus est intelligens et obiectum intellectum; dare autem talem perfectionem est agere, et recipere eam est pati, sed habere eam, quod est intelligere, non est agere neque pati — si, inquam, sic dicatur, contra: causa, que non solum est causa in fieri, sed conservat in esse, pro quolibet instanti dicitur agere et subiectum pati, sicut sol pro quolibet instanti dicitur illuminare aerem et aer ab ipso illuminari. Sed perfectio, qua intellectus est in-

---

3 semper] quod *M* 9 communiter *M* 12 et_1 *om M* 13 etc.] *M hic addit*: sc. ad—habere (l. 20—21) *et* Si autem—utrumque (l. 18—20). *Quae verba postea omittit.* 26 si inquam] sed in quem *M* 30 est *dupl. M*

telligens, est ab obiecto sicut a causa conservante in esse secundum istos. Ergo non solum pro primo instanti, sed pro quolibet, in quo talis perfectio est in intellectu, intellectus dicetur pati et obiectum agere, et ita intelligere, quod est habere talem perfectionem, erit veraciter pati, et per consequens intelligi erit agere, ratione prius dicta.

Minor patet ex dicto eorum, sed maior probatur: Primo per Augustinum (Super Gen. ad lit. 8^0 libro 8^0 cap.)[1], qui dicit de lumine in aere, quod requirit presentiam agentis conservantis, sic: „Aer presente lumine non factus est lucidus — supple: solum — sed fit, quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus esset.“ Vult dicere, quod pro quolibet instanti verum est dicere, quod fit et factus est lucidus, sicut pro primo. Idem patet per rationem quia idem manens idem, semper natum est facere idem. Sed agens conservans supponitur, quod sit idem, ut sol respectu luminis et obiectum respectu actus sentiendi et intelligendi pro toto tempore, quo sunt intelligere et sentire in nobis. Ergo pro toto illo tempore potest dici, quod obiectum agit et potentia patitur equaliter sicut in primo instanti. Exemplum est de sigillo in aqua, configurante sibi aquam, quod tantum facit, quamdiu est in aqua, quantum in primo instanti. Ergo similiter obiectum sensus et intellectus pro toto tempore, quo sunt sentire et intelligere in nobis, idem faciunt, et sensus et intellectus idem patiuntur. Igitur intelligere, quod est habere talem perfectionem, est veraciter pati et non solum recipere

5 quod] que *M* 9 Augustinum] angelum (!) *M* 13 sed] si *M* 17 quia] quod *M* 24 aqua] qua *M* configurante] configitur ante *M* 24 quod] quam *M*

[1] De Gen. ad lit. l. 8 c. 12, ML 34, 383.

eam primo; et per oppositum intelligi est vere agere, quod est inconveniens, ut prius dictum est.

Tertio, quia omnis causa, que non agens solum instrumentaliter sed principaliter, habet formam, per quam agit, que est eiusdem rationis cum ea, quam inducit, si sit agens univocum, vel est perfectior ea, si sit agens equivocum. Sed obiectum sensus secundum istos est causans sentire in sensu, non solum instrumentaliter, ut posset dici de obiecto intellectus ratione intellectus agentis, sed principaliter. Ergo sensibile, cum sit agens equivocum, haberet in se formam et actum nobiliorem quam sit sentire, quod est absurdum.

Quarto, quia diversorum agentium secundum speciem sunt diverse actiones et effectus secundum speciem. Sed intelligibilia differunt specie, ut homo et asinus. Ergo intelligere causata ab hiis differunt specie. Quod est inconveniens, quia proprius actus speciei non potest plurificari secundum speciem; sed intelligere ex fantasmatibus vel ratiocinari est actus specificus hominis. Ergo omne intelligere hominis est unum secundum speciem; non enim potest homini assignari alia propria operatio preter suum intelligere.

Quinto, quia sicut prius dicebatur [1], inconveniens valde videtur, quod actus vitalis, ut est sentire et intelligere, sit in nobis effective a non vivente propter duo: Primo, quia actus vitales minus nobiles, ut nutriri et augeri, sunt in nobis a principio intrinseco et nullo modo ab extrinseco effective; secundo, quia viventia distinguntur a non viventibus sensu et motu, et magis sensu quam motu; sed viventia moventur

6 vel] ut *M* 7 sensus] est *add M* 20 rationari *M* 26 sint *M* 28 intrinseco] extrinseco *M* 31 movent *M*

[1] Cf. p. 9, 28 ss.

secundum locum a se ipsis, non mota ‖ effective ab M f. 86 va aliquo extrinseco. Ergo fortiori ratione sentire non est in nobis a principio activo extrinseco.

Sexto quia Deus potest facere effectum cuiuslibet cause secunde efficientis sine ipsa. Sed Deus non potest facere, quod intelligere sit sine obiecto, quia tunc homo posset intelligere, dato, quod nichil intelligeretur. Ergo etc.

Et si dicatur, quod non, quia obiectum comparatur ad actum intelligendi ut principium activum ad suum effectum, et quantum ad hoc nichil prohibet, quod actus intelligendi careat obiecto; comparatur etiam ut correlativum, et quia correlativa sunt simul natura, ideo ex hac parte est impedimentum, ne sit actus intelligendi sine obiecto: istud non valet, quia relatio, que est inter intelligere et obiectum, aut est cause ad effectum, vel ex ea oritur et dependet secundum hanc opinionem. Si enim obiectum causet effective actum intelligendi, ad quem sequitur, quod intellectus intelligit, et quod obiectum intelligitur, necesse est, quod habitudo actus intelligendi et sui obiecti sit habitudo cause et effectus, vel ex hac habitudine dependeat et eam ex necessitate supponat. Si igitur potest fieri divina virtute, quod intelligere non sit ab obiecto effective, poterit etiam fieri, quod intelligere nullo modo dependeat ab obiecto, quod est manifeste falsum. Ex hiis patet, quod sentire et intelligere non sunt in nobis effective ab obiecto.

D i c e n d u m ergo aliter ad evidentiam questionis, primo inquirendo, quid sit intelligere, vel universalius loquendo, quid sit cognoscere, utrum sit aliquid additum super potentiam cognitivam, faciens

1 non] nisi *M* 2 formatiori (!) *M* 14 parte] per se *M* 16 inter *om M*

cum ea realem compositionem, secundo a quo sit intelligere et cognoscere in nobis.

Quantum ad primum videtur esse dicendum quod sentire et intelligere non dicunt aliquid reale additum super sensum et intellectum, faciens cum eis realem compositionem; quod patet multipliciter.

Primo ex natura operationis secundum se et absolute sic: Actus primus est forma, sicut intellectus in homine et calor in igne; sed actus secundus est operatio, ut intelligere et calere vel calefacere, et sic de similibus. Operatio autem non potest esse forma distincta ab ea, que est actus primus, quia tunc operatio non esset actus secundus, sed primus. Forma enim quecumque substantialis vel accidentalis dicit actum primum. Et iterum, si operatio secundum se esset aliqua forma, eius esset aliqua operatio, et procederetur in infinitum, quod forme esset forma, et operationis operatio. Quare melius est sistendum in primo, sc. quod operatio forme non est forma ei addita.

Secundo patet idem ex natura operationis intramanentis sic: Ubicumque actus secundus non transit in materiam exteriorem, actus primus et secundus, sc. forma et operatio, non differunt realiter sic, quod faciunt ad invicem compositionem, sed differunt solum dictione verbali et nominali, ut lux et lucere, calor et calere, albedo et albescere, et sic de aliis; sed sentire et intelligere sunt actus intramanentes; ergo sunt idem realiter quod sensus et intellectus, nisi quod designantur verbaliter et illa nominaliter. Unde satis irrationabiliter videntur aliqui dicere ponentes, quod intelligere non est exercere aliquam actionem, sed solum habere formam aliquam, sicut calere non est

3 quantum] quod *M* 10 operatio] oppositio *M* et sic] ut *M*
19 forma] formalis *M*

exercere aliquam actionem, sed solum habere formam caloris; et tamen dicunt, quod intelligere non est solum habere intellectum, sed est intellectum habere quandam aliam formam, que est ipsum intelligere; quod est simile, ac si diceretur, quod calere non est habere calorem, sed est calorem habere quandam aliam formam, que sit ipsum calere, quod est ridiculum.

Tertio patet idem ex inseparabilitate ipsius intelligere et sentire a sensu et intellectu sic: Quecumque differunt per essentiam absolutam, possunt divina virtute separari secundum existentiam, nisi alicui eorum secundum se repugnet ratio actualis existentie, ut est materia prima, de qua dicunt aliqui, quod, cum sit pura potentia, non potest existere sine forma. Omne autem accidens absolutum, cum sit actus quidam, potest existere divina virtute sine subiecto; sentire autem non potest existere sine sensu, nec intelligere sine intellectu. Ergo non dicunt aliquid reale absolutum supra sensum et intellectum.

Sed dicet aliquis: si intelligere non est aliquid additum faciens compositionem cum intellectu, tunc intelligere non dicit perfectionem aliquam intellectus; perfectio enim est de absolutis. Igitur intellectus eque erit perfectus ante intelligere sicut cum actu intelligit, quod est inconveniens. Ergo intelligere dicit aliquid additum intellectui faciens cum eo compositionem.

Et dicendum ad hoc quod non est de ratione perfectionis, quod faciat compositionem cum perfectibili. Alioquin Deus, qui habet omnem perfectionem, haberet omnem compositionem. Immo omnis compositio inquantum huiusmodi pertinet || ad imperfectionem; propter M f. 86 vβ
quod relegatur a Deo. Et ideo posset statim dici,

---

2 tamen] cum *M* 15 quidam] quidem *M* 29 qui habet] quibus *M* 30 immo] sermo *M* 32 elegatur *M*

quod non oportet, quod intelligere, licet dicat perfectionem, quod propter hoc faciat cum intellectu compositionem.

Sed absque dubio istud non sufficit, quia, licet non oporteat perfectionem realiter differre a perfectibili universaliter loquendo, oportet tamen perfectionem separabilem a perfectibili realiter differre ab ipso et facere cum ipso compositionem; perfectiones etiam a se invicem separabiles faciunt compositionem, si ad invicem uniantur. Cum igitur intellectus sit quandoque sine intelligere, videtur, quod intelligere faciat compositionem cum intellectu, aut quod intelligere non sit perfectio intellectus, quod videtur inconveniens.

Et ideo aliter est dicendum, quod intellectus non est perfectior, cum actu intelligit quam ante intelligere per se, sed solum per accidens eo modo, quo grave perfectius est, cum est deorsum quam impeditum. Que tamen perfectio non est per compositionem; sicut enim grave simul cum gravitate acquirit locum, nisi prohibeatur, sic habens intellectum statim per ipsum intelligit, nisi sit defectus obiecti intelligibilis, ut magis patebit infra. Patet igitur primum, sc. quod intelligere non dicit aliquid additum super intellectum.

De secundo dicendum, quod intelligere et sentire sunt in nobis per se a dante sensum et intellectum, quod est creans vel generans, ab obiecto autem sicut a causa sine qua non. Primum patet ex hiis, que dicta sunt. Si enim intelligere et sentire non sunt aliquid additum supra sensum et intellectum, consequens est, ut ab eodem sit utrumque. Patet etiam hoc ratione et auctoritate. R a t i o est, quia actus proprius speciei est a dante formam, per quam res in specie reponitur.

---

2 propter] semper *M* 8—9 etiam a se *om M* 17 *et* 19 grave] genere *M* 23 aliquod *M* 30 hac *M*

Sed intelligere est proprius actus habentis intellectum et sentire est proprius actus habentis sensum, inquantum huiusmodi. Ergo sentire et intelligere sunt per se a dante formam sensus et intellectus. Auctoritas etiam Aristotelis 8⁰ Phisic.[1] est ad hoc; dicit enim ibi expresse, quod generans dans formam dat etiam operationem et motum convenientem forme, sicut dans calorem igni dat ei, ut calefaciat combustibile presens et dans ei levitatem dat ei per se motum sursum; habens enim formam solum est in potentia accidentali ad operationem et motum convenientem forme; et ideo ad hoc, ut reducatur in actum, non indiget agente dante novam formam, quia iam non esset in potentia accidentali solum, sed essentiali. Ab eodem ergo, a quo habet formam, habet etiam, quantum est de se, quod sit sub actu secundo. Et potest ex hoc formari ratio concludens utrumque articulum sic: Illud, quod est solum in potentia accidentali, non est in potentia ad novam formam nec indiget ad hoc, ut reducatur in actum, agente dante novam formam. Sed habens actum primum solum est in potentia accidentali ad actum secundum, qui est operatio. Ergo etc. Maior et minor patent ex 8⁰ Phis.; patet igitur primum, sc. quod sentire et intelligere sunt per se a dante formam sensus et intellectus.

Secundum patet sc. quod sint ab obiecto sicut a causa sine qua non; et in hoc apparebit tertium principale, sc. qualiter intelligere et sentire fiant in nobis, et quare non semper intelligimus aut sentimus, cum semper habeamus sensum et intellectum. Ad cuius evidentiam sciendum, quod actus primus et secundus quandoque perficiunt rem secundum se et absolute vel

---

2 quantum *M* 10 accidentali] actuali *M* 19 ut *om M*

[1] Phys. VIII *(Θ)* c. 4 255b 13ss. Thomae Com. 1. 8 lect. 8.

sic significantur, ut calor et calere, albedo et albescere. Et in talibus simul et inseparabiliter res ab eodem efficitur sub primo actu et secundo; simul enim et ab eodem aliquid est calidum et calet, album et albescit. Quandoque autem actus primus et secundus perficiunt rem non absolute, sed in habitudine ad alterum et sic significantur, ut calefactivum et disgregativum, calefacere et disgregare; et respectum talem importat actus primus secundum potentiam, actus autem secundus secundum actum, et in talibus non semper simul est aliquid sub actu primo et secundo, sed contingit quandoque habere actum primum sine secundo. Cuius ratio est, quia actus primus requirit presentiam eius, ad quod dicitur, solum secundum potentiam; sed operatio vel actus secundus requirit presentiam eius secundum actum. Ad hoc enim, quod aliquid sit calefactivum, sufficit, quod possit habere calefactibile, sed ad calefacere requiritur actualiter presens calefactibile; et quia contingit aliquid esse presens secundum potentiam, quod tamen non est actu presens, ideo contingit aliquid esse sub actu primo absque actu secundo. De numero autem talium actuum sunt intellectus vel principium intellectivum et intelligere; dicitur enim utrumque non omnino absolute, sed in habitudine ad intelligibile, quam habitudinem importat M f. 87 *ra* intellectus secundum ‖ potentiam, intelligere autem secundum actum. Propter quod habens intellectum non semper intelligit, quia non semper habet intelligibile actu presens. Per quid ergo reducitur de potentia intelligendi ad actum? Dicendum, ut tactum est, quod per illud, quod dat intellectum per se, quia dans intellectum, quantum est de se, dat intelligere, quia

10 semper non *M* 17 quod] quia *M* 18 requirit *M* 20 quod] quia *M* 23 intellectuum *M* 29 quid] quod *M* 32 intelligere] intelligibile *M*

habere intellectum est intelligere presens obiectum; obiectum autem presentatum vel presentans obiectum est causa sine qua non pro eo, quod intelligere non est perfectio mere absoluta, sed in comparatione ad alterum.

Et idem est de actu sentiendi, de quo profert beatus Augustinus (6^0 Musice[1]) iam dictam sententiam, dicens sic: „Corporalia quecumque huic corpori obiciuntur extrinsecus non in anima, sed in corpore aliquid faciunt.“ Et post: „Et ne longum faciamus, videtur michi anima, cum sentit in corpore, non ab illo aliquid pati, sed in passionibus eius attentius agere; et has actiones, sive faciles propter convenientiam, sive difficiles propter inconvenientiam, non eam latere, et hoc est, quod sentire dicimus.“ Vult dicere, sicut apparet ex hiis, que dicuntur in eodem 6^0, quod sensibile non agit in potentiam sensitivam, sed in organum ratione qualitatum disponentium ipsum, que actio, cum sit presens sensui, non latet ipsum, et ideo sentitur, nec est aliud sentire, nisi sensibile presens non latere sensum, qui secundum se est quoddam cognoscere, quemadmodum dictum est de intellectu.

Per quid autem presentetur sensibile sensui et intelligibile intellectui, utrum per speciem vel per aliquid aliud, non dicetur modo, quia alias per intentionem agetur de hoc. Sed hoc tantum ex dictis habeatur, quod species non requiritur ut eliciens actum per se, sed solum, ut representans obiectum, si tamen unquam requiritur.

His visis descendendum est ad questionem, utrum angelus intelligat per essentiam suam vel per species. Et dicendum quod licet hec prepositio per

---

20 nec] non *M* 21 se] non *add M* 32 propositio *M*

[1] De musica l. 6 c. 5, ML 32, 1168 s.

importat circumstantiam alicuius cause et cause sint quattuor, tamen in questione ponitur disiunctiva de essentia vel specie. Species autem nullo modo requiritur ad actum intelligendi, nisi solum ut representans obiectum, sicut dictum est prius, et in hoc est causa sine qua non. Ideo solum in hoc sensu tractabitur, utrum essentia angeli sit ei ratio representans omnia que intelligit vel aliqua ei representententur per species. Dicendum ergo quod angelus intelligit se et alia a se. Se autem intelligit per essentiam suam et non per speciem; et hoc concedunt omnes, tam philosophi quam theologi, et rationabiliter. Per hoc enim fit intelligere in nobis et in quibuscumque, quod intelligibile presens est intellectui. Nichil autem est adeo presens intellectui angelico, ut sua essentia. Ergo angelus intelligit se per suam essentiam.

Et si dicatur, quod eodem modo concludit ratio de intellectu nostro, quod intelligat se per essentiam suam, quia est sibi ipsi presens, dicendum, quod non, quia obiectum primo proportionatum nostro intellectui est aliquid prius sensatum, quia noster intellectus est cum sensu. Propter quod intellectus noster, licet sit sibi presens, non tamen in ratione primi intelligibilis ab eo, quia non est aliquid, quod cadere possit sub sensu. Sed intellectus angelicus, qui a sensu non dependet, statim apprehendit omne intelligibile sibi presens. Essentia autem angeli secundum se est intelligibilis. Ideo etc. Augustinus tamen illud, quod dicimus de angelo, quod intelligit se per essentiam suam, concedit de anima respectu sui ipsius (libro De Trin. 9 [1]).

14 adeo] ab eo *M* 15 essentia] essentialiter *M* 16 per om *M* 20 proportionatur *M* 21 aliquis *M* quia] quod *M* 23 tamen] tam *M* 24 cadere] eadem *M*

[1] De Trin. l. 9 c. 3, ML 42, 962 s.

De aliis autem a se est maior dubitatio. Volunt enim quidam, et est communis opinio, quod angelus intelligit alia a se per species et non per essentiam suam[1]. Et huius ratio assignatur, quia cum essentia angeli sit limitata ad certum genus et ad certam speciem, non potest perfecte representare omnia que sunt intelligibilia ab angelo, cum virtus intellectiva angeli se extendat ad omnia qůe sunt. Et ideo oportet quod per aliquid aliud representententur, et illud aliud sunt species, non quidem a rebus accepte, sed a Deo influxe.

Item si angelus intelligeret alia a se per essentiam suam, sequeretur quod semper actu intelligeret omnia, se sc. et alia; consequens est falsum, quia licet angelus semper et actu se intelligat, aliorum tamen a se quandoque unum intelligit, quandoque aliud, et non semper omnia simul. Consequentia patet, quia si essentia angeli esset ei ratio representans alia, cum angelus semper actu et perfecte suam essentiam comprehendat, sequeretur, quod semper et actu intelligeret omnia que per essentiam angeli representarentur, sicut dicimus de Deo. Hoc autem est falsum. Ergo etc.

Istud autem non videtur sufficienter dictum, primo quia illud quod continet aliorum perfectiones, potest esse representativum eorum || quoad cognitionem. Propter M f. 87 r*β*
hoc enim, ut videtur, essentia divina est Deo ratio cognoscendi omnia, quia ipsa continet omnium perfectiones. Sed angelus, licet sit in certo genere et specie, habet tamen omnes perfectiones generum et specierum in genere substantie, cum sit suprema substantia creata. In ordinatis enim per se, sicut sunt species, superior continet perfectiones inferiorum. Ergo

5 genus] ergo *M* 9 representetur *M* 10 quid *M* 13 quia] quod *M* 17 angelis *M*

[1] Cf. S. Thomas, S. th. I q. 55 a. 1.

quilibet angelus per essentiam suam potest cognoscere omnes species, que sunt sub se, et perfecte; angelus quidem supremus omnes simpliciter, cum omnes sint sub eo, alii autem non omnes perfecte, sed eas que sub ipsis sunt. Que autem super ipsos sunt, ut angelos superiores, imperfecte. Cognoscendo autem perfecte quidditatem specierum, cognoscit proprietates et omnia que in eis accidunt. Ergo etc.

Item isti necessario incidunt in illud quod vitare intendunt, sc. quod angeli semper intelligunt omnia alia a se. Hoc enim necessario habent ponere. Quod patet primo, quia efficacior est species, si sit in mente angeli, in representando rem quam sit quecumque species in intellectu nostro, etiam cum fantasmate sibi correspondente. Sed intellectus noster non potest non intelligere rem, cuius speciem habet presente fantasmate speciei et rei correspondente; ergo nec intellectus angelicus potest non intelligere omne illud cuius speciem habet apud se.

Et confirmatur, quia licet in potestate agentis liberi, hominis vel angeli, sit approximare activa passivis vel ea que quocumque modo sunt ad operationem necessaria, tamen eis approximatis non est in potestate voluntatis eorum, quin sequatur actio, sicut in potestate angeli vel hominis non est quod ignis approximatus stupe comburat vel non comburat, licet sit in eorum potestate approximare unum alteri. Sed ad intelligere solum requiritur intellectus et presentia obiecti, ut declaratum est. Ergo non est in potestate angeli, quod intelligat vel non intelligat ea quorum habet species representativas, sed ex necessitate ea intelligit.

---

3 quidam *M* 4 sub] ab *M* 6 imperfecte] perfecte *M* 7 quidditate *M* 9 in illud *om M* 11 habet *M* 20 quia] quod *M* 22 quomodo *M* 23 tamen] cum *M* 25 approximatis *M* 27 potestate] presente *M*

Dicendum est igitur aliter, sc. quod angeli non intelligunt alia a se per species[1] nec tamen per essentiam suam, sed per earum rerum presentiam in se vel in causis suis. Primum patet, quia si in angelo essent species representative rerum, [vel] ut medium cognitum, vel solum ut ratio cognoscendi. Non ut medium cognitum: Primo, quia sic non consuevimus uti nomine speciei; alioquin diceremus causam esse speciem effectus et e converso et habitum speciem privationis, quia talia sunt media cognoscendi. Secundo quia eandem vicem, quam tenet species in sensu vel in nostro intellectu, tenet species in mente angeli, licet non accipiatur a re sicut alie. Sed species in sensu et intellectu nostro, si qua sit ibi, non habet rationem medii cogniti. Ergo etc.

Item species non potest esse solum ratio cognoscendi, quia omnis talis species aliquid representans et forma per ipsam immediate representata sunt eiusdem rationis secundum speciem, licet differant in modo essendi. Sed nichil existens in mente ange i potest esse eiusdem rationis specifice cum quidditatibus rerum nec secundum genus, cum ille sint substantie, hec autem quedam accidentia. Ergo etc. Minor patet de se, sed maior declaratur exemplo et ratione. Exemplo, quia sicut lux in corpore luminoso et lumen in aere sunt eiusdem speciei, licet differant in modo essendi propter diversitatem subiecti recipientis, sic color et species eius in medio vel oculo sunt eiusdem rationis specifice, licet differunt in modo essendi propter diversitatem subiecti. Sicut enim proprium subiectum lucis secundum suum perfectum esse est densum — unde

13 accipiant *M* 14 sit] ergo *M* 22 rerum] eorum *M* illa *M* 24 declarat *M* 25 luminoso] lumi nosci (!) *M*

[1] Sententia S. Thomae; cf. S. th. I q. 55 a. 2; q. 57 a 1.

et stella dicitur esse densior pars sphere — sic proprium subiectum coloris, qui aliquo modo vergit ad naturam lucis, est perspicuum terminatum per opacum; subiectum autem utriusque secundum esse imperfectum est perspicuum non densum nec terminatum. Et sicut est de luce et lumine, colore et specie, sic est de qualibet forma et specie ipsam immediate representante, quod sc. sunt eiusdem rationis specifice. Quod apparet per rationem sic: Illud, quod est solum ratio cognoscendi et non proprie medium cognitum, non ducit in cognitionem alterius nisi ratione perfecte similitudinis; unde et similitudo dicitur per quandam expressionem. Medium autem cognitum potest ducere in alterius cognitionem ratione cuiuscumque habitudinis, sc. ut causa vel ut effectus, ut simile vel ut oppositum et qualitercumque aliter, sed species ratione solius similitudinis, ut dictum est; perfecta autem similitudo non est differentium secundum speciem. Ergo etc. Patet ergo maior; minor etiam de se clara est. Ergo sequitur conclusio, sc. quod in angelo non sunt species quidditates rerum ei representantes.

Si quis autem dicat, quod species representans est eiusdem rationis cum re representata non in essendo, M f. 87 vα sed in representando, ‖ vane loquitur. Representat enim non quia effectus rei, quia sic omnis effectus esset species; nec ratione cuiuscumque alterius habitudinis nisi huius, quia secundum illud, quod est, est similitudo rei. Et ideo secundum illud, quod est, non potest esse alterius speciei. Propter quod nullius quidditatis substantialis potest esse species aliqua in mente eam representans apud quemcumque intellectum creatum vel increatum, nec ipsamet essentia divina

---

1 sphere] specie *M* 3 opacum] operatum *M* 23 re *om M*
30—31 in mente] immediate *M*

est intellectui divino ratio representans alia ut species, sed solum ut medium cognitum.

Secundo patet idem, sc. quod species non potest esse in angelo ut ratio cognoscendi, quia illud, quod est solum ratio cognoscendi alterum, impossibile est, quod sit primum cognitum, sed solum cognoscitur per reflexionem intellectus ab obiecto supra se ipsum. Unde sensus, qui non est supra se ipsum conversivus, nunquam apprehendit speciem ipsum informantem. Intellectus autem, si quam habeat, potest eam apprehendere, convertendo se ab obiecto ad speciem ipsum representantem. Sed species in angelo est ab ipso prius cognita vel considerata quam res, cuius est species. Ergo ipsa non est solum ratio cognoscendi. Probatio minoris: secundum istos angelus non semper actu intelligit omne illud, cuius habet speciem. Peto ergo: qualiter de novo intelligit aliquid? Et respondeo quod convertendo se supra speciem. Sed conversio intellectus non est nisi per actum suum, qui est intelligere. Ergo convertitur super speciem intelligendo eam, et per eam obiectum. Et iterum angelus cognoscendo semper et perfecte suam essentiam, videt ea, que sunt in ipsa. Videt ergo species non considerando actu ea, quorum sunt species. Sunt ergo aliquid prius cognitum obiecto, quandoque ordine nature et quandoque ordine temporis. Et hec fuit minor, ex qua sequitur, quod intellectus angelicus est vere discursivus, quia cognoscere unum ex alio et post aliud est vere discurrere; sed angelus secundum istos prius cognoscit speciem et postea ex specie cognita considerat de obiecto. Ergo vere discurrit, quod nullus dicit. Patet ergo, quod nullo modo sunt ponende species in angelo, nec ut medium cognitum, nec ut ratio cognoscendi. Igitur angeli non cognoscunt alia a se per species.

---

8 unde—ipsum *M in marg.* 17 aliqualiter *M*

Item nec per essentiam, quod est secundum principaliter propositum, quod patet sic: Si essentia angeli representaret intellectui angelico alia a se, hoc esset pro tanto quod est perfectissima inter species substantie, continens in se aliquo modo omnium inferiorum perfectiones, ut tactum est in quadam ratione prius facta. Sed quod hoc non sufficiat, probatio: quia omne, quod representat aliqua per hoc, quod continet ea vel eorum perfectiones, si representat ea distincte, continet ea distincte formaliter vel virtute; sicut enim representat, sic continet, si tamen ratione continentie representat. Sed essentia angeli non continet distincte et formaliter perfectiones aliorum, ut clarum est de se; nec virtualiter, cum non sit eorum causa. Ergo non representat ea distincte et tamen distincte cognoscuntur ab angelo; ergo non propter hoc, quod representantur ab essentia angeli. — Idem dico de essentia divina, quod non representat distincte alia a se per hoc, quod perfectissima est absolute, sed quia virtualiter et causaliter continet omnia alia a se[1].

Et si dicatur, quod essentia angeli virtualiter ac distincte continet species rerum generabilium, quia movendo celum est causa earum, dicendum, quod non causa, nisi sicut applicans activa passivis, et non sicut habens virtutem talia producendi. Quod ergo prius arguebat[ur] contra aliorum positionem, quod essentia angeli propter hoc quod continet aliorum perfectiones potest representare, inducebatur contra illud quod alii dicebant, quod essentia angeli, quia limitata ad genus et ad speciem, non potest alia representare[2]. Istud

---

9 representet *M* ea₂] eas *M* 11 representet *M* 15 et] ut *M* 24 et] sed et *M*

[1] Cf. Thomas, S. th. I q. 55 a. 1 ad 3.

[2] L. c. in corpore articuli.

enim non impediret, nisi aliud obsisteret, hoc sc. quod dictum est, quia non est causa aliorum.

Patet igitur, quod angelus non intelligit alia a se per species nec per essentiam propriam. Per quid ergo? Dico, quod per ipsarummet rerum presentiam in se vel in causis suis, in se, ut sunt res incorruptibiles, in causis suis, ut corruptibiles, que dependent ex causis pure naturalibus, ut postea magis patebit. Non enim requiritur ad cognitionem nisi presentia obiecti, ut sepe dictum est; omne autem actu ens eo ipso presens est angelo presentia, que sufficit ad eius cognitionem et eorum, que ex necessitate sequuntur ad ipsum, que presentia non attenditur secundum situm, qui competit corporibus, sed secundum ordinem, qui facit ‖ in spiritibus, quod facit situs in corporibus M f. 87 vβ
secundum Augustinum. Hunc autem ordinem, qui facit talem presentiam, non puto alium esse nisi proportionem intellectus angelici ad omne illud, quod participat naturam entis, cum inter ea non sit ymaginabilis distantia vel absentia secundum situm sicut in corporibus.

Ad primum argumentum dicendum, quod ad hoc, quod intellectus intelligat, sufficit, quod res intelligibilis sit presens obiective intellectui secundum se vel secundum aliquid eam representans. Quod autem sit in intellectu subiective, accidit, sicut in anima nostra contingit, maxime in potentiis sensitivis, quidquid sit de intellectu. Res autem distans, ut color parietis, efficitur presens visui per illud, quod causat in organo, quod cum sit accidens, est in eo ut in subiecto. Quod enim sit presens visui, necessarium est ad visionem; quod autem sit in eo ut in subiecto, accidit visioni.

---

4 quid] quod *M* 16 Augustinum] angelum *M* 26 in_1 *om M*

Dictum autem est, quod res se ipsis vel mediantibus causis suis sunt presentes obiective intellectui angeli nec oportet, quod sint in angelo subiective, nec secundum se nec secundum suas species.

Ad secundum dicendum, quod non est intentio auctoris De causis, quod in angelis sint species subiective, sed solum obiective; species dico, i. e. rationes rerum cognitarum; quod patet ex commento XIIIe propositionis eiusdem libri[1], ubi dicitur sic: Quando intelligentia scit essentiam suam, scit reliquas res, que sunt sub ea, quoniam sunt ex ea. Et licet in hoc erraverint tam ipse quam alii philosophi, quod posuerunt intelligentias esse causas rerum, sufficit ad propositum nostrum, quod nunquam intellexerunt, quod in angelis sint subiective alique species, quibus intelligant alia a se, cum dicant expresse, quod ea, que sunt sub se, cognoscunt per suam essentiam.

---

11 ex *om M* 12 ipsi *M* 16 expresso *M*

[1] De causis § 12, ed. O. Bardenhewer, p. 175.

II.

Disputatio Durandi et Anonymi cuiusdam.

Utrum intelligere sit aliquid additum intellectui cum eo faciens compositionem realem. E f. 80rβ

[Dur. Opp.] Videtur quod non; quia cum intellectus sit forma, si intelligere faceret cum eo compositionem, reciperetur in eo per modum forme. Sed hoc est inpossibile, quia forme non est forma. Ergo etc.[1]

[An. Resp.] **Responsio.** Dicendum, quod facit realem compositionem cum intellectu. Cuius ratio est, quia quod de non tali fiat tale, oportet, quod hoc fit vel per receptionem, sicut de non albo fit album per receptionem albedinis, vel per productionem ipsius in altero, sicut de non agente fit agens per productionem alicuius in passo, vel per applicationem ipsius ad aliud vel alterius ad ipsum. Sicut autem quilibet in se experitur, ⟨quod⟩ intellectus fit de non intelligente actu intelligens; et hoc non fit per applicationem vel ipsius ad aliquid vel alterius ad ipsum, quia applicatio huiusmodi preexigit motum localem, sicut corpus non applicatur noviter ad locum, nisi prius moveatur localiter. Obiecto autem intellectus manente omnino in-

---

12 fit] sit *E* 16—17 ad aliud vel alterius] ad locum vel loci *E; textum sic corrigendum esse patet ex infra dictis; cf. l. 19 ss. et p. 35, 1 s. et 38, 4 s.*

[1] Cf. supra p. 19, 6 ss.

moto, intellectus fit de non intelligente noviter intelligens. Ergo hoc non fit per talem realem applicationem. Item nec per productionem ipsius in aliquo, quia si noviter intelligens aliquid produceret in alico, hoc esset in obiecto. Sed nichil facto et innovato circa obiectum, fit intellectus in actu. Ergo non fit per productionem ipsius in alico. Relinquitur ergo tertium, sc. quod per solam novam receptionem eius, quod facit ipsum esse actu intelligentem. Actus autem intelligendi, sc. intelligere, est illud quo intelligens est intelligens formaliter. Ergo oportet ipsum esse aliquid in intellectu receptum; ex quo sic: Omne receptum in intellectu facit cum eo realem compositionem tanquam aliquid sue essentie superadditum, quia nichil in se ipso recipitur. Sed intelligere est in intellectu per solam receptionem, ut declaratum est. Ergo etc. [1]

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod non est inconveniens, quod forme sit forma, accipiendo formam diversimode. Actus enim intelligendi cum sit informans intellectum et sibi inherens, sicut accidens et forma quedam, oportet dicere, quod sit forma. Et ideo sicut forme est operatio, sic et forme erit forma.

[Dur. Opp.] Contra ea, que dicta sunt, arguebatur: primo contra rationem positionis [2], secundo contra responsionem rationis [3], tertio ad principale propositum [4].

Circa primum ar[gueba]tur contra maiorem dicte rationis [5]; et videtur, quod non sit vera, sc. quod de non tali non potest fieri tale nisi per receptio-

---

[1] Cf. Herveus, Quol. III q. 8 a. 1, infra p. 47.
[2] p. 34, 28—38, 11. [3] p. 38, 12—21.
[4] p. 38, 22—42, 21.
[5] Cf. supra p. 33, 11—17.

nem vel productionem vel alterius applicationem ad ipsum vel e contrario.

Contra: quia de non moto fit actu motum, sicut cum leve movetur sursum, et non fit per applicationem alicuius ad ipsum, quia non est ibi necessarium aliquid nisi remotio prohibentis; nec per productionem alicuius in altero, ut patet, nec per novam receptionem facientis realem compositionem; et tamen fit de non moto realiter motum. Ergo intellectus poterit fieri de non intelligente actu intelligens sine hoc quod recipiat aliquid faciens realem compositionem [1].

Sed dicebat: Quod remotione prohibentis fit motum, fit motum tertio modo per applicationem ipsius ad locum sive ad ubi, sive primo modo per receptionem motus, qui facit cum moto realem compositionem. [Resp.]

Contra hoc: Quia applicatio mobilis ad locum est applicatio ad aliquid extrinsecum. Locus enim est extra naturam locati, cum eo non faciens realem compositionem [2]. Ideo ratione talis applicationis non potest fieri de non moto actu motum. [Dur. Opp.]

Item non sufficit ad hoc, ut concludat ratio preposita, applicatio ipsius ad »ubi«, quia »ubi« non est res absoluta faciens realem compositionem, cum non sit nisi quidam ordo vel relatio locati ad locum; relatio autem — sive differat sive non a suo fundamento — ad minus hoc ab omnibus ponitur, quod non facit compositionem realem.

---

12 remotione prohibentis] de removente prohibens *E* 12—13 fit motum$_1$ *om E* 21 concludit *E*

[1] Cf. supra p. 22, 3 ss. et 23, 1 ss.

[2] Cf. Durandus, Quol. Par. I q. 3 (u. ultima sex predicamenta dicta de Deo vel de creaturis dicant aliquid absolutum vel dicant solum respectum), Vat. lat. 1076, f. 15vα: „formalis ratio ulteriorum sex predicamentorum consistit in denominatione, que fit ab extrinseco.“

[Resp.] Sed di[cebatur] »ubi« facere realem compositionem et esse rem absolutam [1].

E f. 80vα
[Dur. Opp.] Contra hoc: Quia mathematica || non faciunt rem absolutam, quia carent efficiente et motu; sed in mathematicis est »ubi«, sicut si duo circuli mathematici se invicem continere ymaginarentur, constat, quod unus erit in alio, et ita illud »ubi« non est res absoluta.

[Resp.] Dicebatur, quod duplex est »ubi«: naturale et mathematicum.

[Dur. Opp.] Quod autem de non moto fiat motum per receptionem facientis realem compositionem, sicut dixit Respondens, videtur contra Philosophum [2], quia motus localis nichil variat in re, sed solum est ad extrinsecum terminum. Sed illud, quod nichil diversificat, non affert rei realem compositionem; sed motus localis nichil diversificat in re mota. Ergo etc.

Item arguebatur contra eandem maiorem, quia de non simili fit actu simile absque nova receptione [3]; ergo de non moto actu fit motum et de non intelligente actu intelligens eodem modo.

[Magister] Sed di[co], quod ad hoc, quod de [non] simili fiat actu simile, oportet, quod sit mutatio facta in se vel in altero, et per consequens sit facta realis compositio; puta si aliquis sit niger et efficiatur actu albus, tunc previa nova compositione in se ipso fit actu similis; vel si aliquis sit albus et alter efficiatur albus noviter, iste efficietur actu similis et per realem

---

11 *scriba vel corrector inter verba* ,non moto' *et* ,fiat' *postea erronee* ,non' *inseruit* 15 terminum] tm̄ *E* 16 affert] aufert *E*

[1] Cf. Herveus, Quol. I q. 9. Summa totius logicae Aristotelis, Tract. VI c. 1.

[2] Phys. V c. 1 224 b 11 ss.

[3] Cf. Durandus, Quol. Paris. I q. 1 (Vat. lat. 1076, f. 10v); I Sent. (C) d. 30 q. 2 a. 1.

compositionem et mutationem factam in altero; et illud sufficit ad habendum intentum Respondentis, quia cum quis fit de non intelligente intelligens actu, oportet quod actu sit vel per novam compositionem factam in intellectu vel per mutationem factam in altero, [sc.] non nisi in obiecto. Sed hoc esse non potest, quia res intellecta manet omnino inmutata. Ergo cum intellectus fiat de non intelligente intelligens, hoc fit per compositionem realem factam in ipso, quod est principale intentum Respondentis[1].

3^0 arguebatur contra eandem maiorem, quia [Dur. Opp.] quando forma intensa acquiritur noviter, per motum fit de non tali actu tale, quia de non moto motum. Sed ibi non fit receptio alicuius non habiti facientis compositionem novam, eo quod forma intensa et remissa non dicunt aliquid realiter distinctum vel distinguibile[2]. Et ideo cum aliquid fit magis calidum, non accipitur aliud realiter; sed si mobile non esset calidum, tunc noviter movere[tur] ad aliquem gradum caloris intensum, et per consequens de non tali fieret tale per receptionem et novam compositionem.

Item quando aliquid fit de non tali tale, puta de non moto motum, motus terminatur ad aliquid actu, et actu distinctum, [non] potentia distinguibile; et non sufficit receptio distinguibilis, sed est receptio novi ter[mini] et actu distincti, quod est contra Respondentem in quodam dicto[3].

Et ideo di[cebat] Respondens, quod quando [Resp.] dicitur: »quando de non moto etc.«, verum est, quando illud quod movetur incipit primo et noviter moveri, et sic cessat obiectio de forma intensa et remissa.

---

[1] Cf. Herveus, Quol. II q. 7.
[2] Cf. Durandus, I Sent. (C) d. 17 q. 7.
[3] Cf. supra p. 35, 12 ss.

[Dur. Opp.] Ulterius contra minorem principalis rationis sic: Quia facit ibi fallaciam consequentis ab inferiori ad superius negando, quando dixit, quod de non intelligente non fit actu intelligens per applicationem ipsius, quasi talis motum localem includat. Et quia non est ibi applicatio localis, non fit per applicationem [1]. Hec est fallacia consequentis sic: Non est applicatio facta per motum localem, ergo nulla. Non sequitur, quia de non intelligente fit actu intelligens per applicationem obiecti ad intellectum, quod fit sine motu locali.

Ulterius arguebatur contra responsionem [2] rationis. Dixerat enim ipsum actum intelligendi esse formam, et ideo forme esse formam concesserat [3]. Contra hoc: Quia quando aliqua duo ad invicem distinguuntur, illud quod est ratio distinctionis non potest utrique esse commune. Quod patet. Sed actus primus distinguitur a secundo actu, quia actus primus est forma, actus secundus est operatio. Igitur operationi non potest convenire, quod sit forma. Ergo nec intelligere dicitur forma esse.

Ulterius arguitur ad principale sic: Omnis forma absoluta que est fundamentum relationis potest intelligi sine relatione. ‖ Sed intelligere est huiusmodi, (E f. 80vβ) quia est fundamentum relationis referentis ad obiectum, ut ponebat Respondens. Ergo poterit intelligi sine relatione ad obiectum [4]. Ergo possum intelligere ipsum intelligere absque hoc quod cognoscam obiectum, quod falsum est. Ergo intelligere est relatio sola, et sic non facit realem compositionem cum intellectu, nec est res absoluta superaddita intellectui [5].

---

[1] Cf. supra p. 33, 19—24.
[2] i. e. solutionem.
[3] Cf. supra p. 34, 18 ss.
[4] Cf. supra p. 34, 7 ss.
[5] Cf. supra p. 20, 18—21, 6.

Maior patet, quia possum creaturam intelligere sine relatione ad Deum.

[Resp.] Ad quod duplex dabatur responsio: Primo sic, quod fundamentum relationis dupliciter potest considerari: Uno [modo] secundum id, quod est in propria natura; et sic potest intelligi sine relatione. Alio modo secundum illud, [quod] includitur in significatione nominis, sicut nomen cause non possum intelligere sine causato. Sic intelligere dupliciter consideratur: Primo secundum quod est qualitas quedam; et sic potest intelligi sine obiecto. Alio modo secundum id, quod significatur per dictionem intelligere; et <quia> sic dicit relationem ad obiectum. Ergo etc.

Alia responsio fuit, quod quedam essentialiter includunt relationem, ut materia respectu forme et accidens respectu substantie, et in talibus fundamentum relationis non potest intelligi sine relatione; et hoc est quod dicit Aristoteles 1 Phisicorum [1], quod materia non est intelligibilis etc., et 7 Metaphisice [2] dicit idem de accidentibus, quia posteriora non intelliguntur sine prioribus.

[Dur. Opp.] Contra has sic: Ipsum intelligere aut significat respectum tantum, et sic habetur propositum, quia non facit realem compositionem; aut significat rem absolutam tantum, et tunc potest intelligi sine relatione ad obiectum, quod falsum est etiam secundum dictum Respondentis; aut significat rem absolutam cum respectu. Sed hoc esse non potest, quia nullum nomen univoce dictum significat res diversorum predicamentorum. Standum est ergo in primo, quod significat solum respectum.

[Resp.] Sed di[cebatur], quod nomina in abstracto significantia solum et precise significant sua formalia

33 significantia] significata *E*

[1] Phys. I c. 7 191 a 7 ss. [2] Met. VII (Z) c. 1 1028 a 20 ss.

significata, sicut albedo solam qualitatem, sed concretive significantia preter formale significatum consignificant aliquid aliud. Intelligere autem concretive dicitur, ideo includit utrumque.

[Dur. Opp.] Contra, quia concretum preter illud, quod abstractum significat, non inportat nisi ordinem ad subiectum et dependentiam. Ergo si intelligere dicitur concretive ex concretione, dicit solum ordinem et dependentiam ad subiectum, sc. ad intelligentem. Sed hoc nichil ad propositum, quia loquimur hic de relatione actus ad obiectum et non ad subiectum.

Preterea cum intelligere sit verbum, verbum autem non significat actum concernentem substantiam, quia hoc ad participium pertinet, ergo ipsum intelligere erit abstractum et intellectus concretum. Ergo etc.

Contra secundam solutionem arguitur quadrupliciter: Primo contra illud: »Quod includit essentialiter etc.« sic: Nichil essentialius et ita intimius dicitur realiter relatum quam creatura ad Creatorem, que se tota, quidquid est, ad Deum refertur. Sed hoc non obstante adhuc potest intelligi sine Creatore. Ergo etc.

2⁰ contra illud, quod inducit de materia, quod non potest intelligi sine forma. Contra: Hoc non habet ratione dependentie, quia sicut materia dependet a forma, ita e contrario; sicut ergo dependentia est causa, quod materia non potest intelligi sine forma, ita e contrario, quod nullus dicit.

3⁰ contra illud, quod dicebat de accidente. Contra: Quantitas potest intelligi sine substantia; si non perfecte, tamen complete.

4⁰ contra illud, quod posterius non potest intelligi

---

2 significantia] significata *E* 19 realiter relatum] reale relatione *E*

sine priori. Contra: Hoc, licet in quodam sit verum, non tamen in omnibus, quia dicit Philosophus, quod innata est nobis via a notioribus nobis, que tamen sunt posteriora ad ea, que sunt notiora nature, sicut causam per effectus cognoscimus[1].

Ulterius ad principale: Illud quod est in potentia accidentali tantum, non est in potentia ad aliquam formam facientem compositionem realem. Sed intellectus post habitum est in potentia accidentali tantum respectu actus intelligendi. Ergo etc. Maior patet, quia illud quod est in potentia accidentali, ad hoc quod fiat actu, non indiget transmutatione. Sed quod est in potentia ad formam, indiget transmutatione, quia forma non potest induci in subiecto nec educi de subiecto nisi per actionem agentis transmutantis. Unde 3 de anima[2] dicitur, quod aliter est in potentia intellectus ante habitum scientie et post habitum, quia primo [modo] est in potentia essentiali que respicit formam, in quo indiget transmutatione <et> a sensibus ad intellectum; secundo modo est in potentia accidentali tantum, in quo non indiget transmutante, sed seipso cum voluerit potest exire in actum, remoto prohibente, ‖ sicut patet de motu gravis E f. 81rα
deorsum[3].

Item ar[gui]tur: Principium elicitivum actus in operatione immanente non minus convenit cum actione quam principium elicitivum operationis transeuntis cum actione. Sed in operatione transeunte idem est principium elicitivum et operatio, ut est in agente, sicut in igne idem est calor et calefacere, ut respicit

---

4 notiora] $\overset{a}{\text{nec}}$ *E*

[1] Phys. I c. 1 184a 16 ss.; cf. Analyt. Post. I c. 2 71b 30 ss.
[2] De anima III c. 4 429b 5 ss.; cf. Phys. VIII c. 4 255a 33 s.
[3] Cf. Durandus, De habitibus q. 4 a. 8; et supra p. 23, 5 ss.

ignem calefacientem; ex hoc enim quod ignis noviter calefacit aquam vel lignum, nulla realis et nova additio vel compositio facta est in igne. Ergo idem de intellectu, qui est principium elicitivum actus intelligendi cum scientia, et sic intelligere non superaddit compositionem novam [1].

Preterea 7 Phis. [2] dicitur, quod circa intellectum non est alteratio; sed si intelligere esset res faciens realem compositionem, tunc intellectus alteraretur, cum factus sit de non intelligente actu intelligens. Ergo etc.

Preterea Deus potest duo accidentia re absoluta differentia separare ab invicem. Sed intelligere non potest separari ab ipso intellectu, ita quod sit intelligere et non sit aliquis intelligens. Ergo etc. [3]

Preterea magis convenit extremum cum medio quam extrema ad invicem. Sed inter intelligentem et obiectum est actus intelligendi medius. Cum igitur idem sit intellectus et res intellecta, cum anima se intelligit, ergo ad minus tunc intelligere est idem cum intellectu et non faciens realem compositionem.

---

10 factum *E*

[1] Cf. supra p. 19, 16 ss. et 23, 25 ss.
[2] Phys. VII c. 3 247 b 1 ss. Com. Thomae l. 7 lect. 6.
[3] Cf. supra p. 10, 28 ss. et 20, 6—17.

III.

Hervei Natalis Determinatio.

(Quolibet III q. 8.)

Utrum actus intelligendi dicat aliquid superadditum potentie.

H f. 97vβ Vi f. 167vα Vo f. 63vβ ε f. k 5rβ ζ f. 78rβ

Et arguitur, quod non, quia quod dicit purum respectum nihil addit super illud, in quo est. Actus intelligendi est huiusmodi. Ergo etc. Maior supponitur. Probatio Minoris: quia, quod non potest absolvi ab intellectu relationis, dicit forma‖liter respectum. Sed omnis cognitio est huiusmodi, quia cognitio non potest absolvi a respectu ad cognitum. Ergo etc.[1] (ζ f. 78vα)

Secundo: quia omnis forma absoluta est primus actus. Sed intelligere non est primus actus. Ergo est forma relata[2].

Contra: quia omnis actio realis terminatur ad aliquam formam absolutam superadditam passo. Sed actio realis intellectus agentis et phantasmatis terminatur ad intelligere. Ergo etc.

Responsio: Circa istam questionem sunt duo principaliter facienda. Primum est ostendere, quod queritur. Secundum est ostendere, a quo effective sit actus intelligendi.

---

7 supra id *ζ*   9 Minor probatur *Vi ε*   12 cognitum] obiectum *ζ*   15 relativa *ε ζ*   23 sit] est *H ζ*

[1] Cf. supra p. 38, 22 ss.   [2] Cf. supra p. 38, 15 ss.

Quantum ad primum ponende sunt due opiniones, circa quarum primam sunt facienda quattuor: Primum est dare intellectum opinionis. Secundum est adducere rationes, quibus probatur. Tertium est improbare eam. Quartum est respondere ad eius rationes.

Quantum ad primum sciendum, quod quidam[1] Vo f. 64rα dicunt, quod actus intelligendi ‖ nihil addit super potentiam. Ad cuius evidentiam secundum eos sciendum[2], quod actus primus et secundus quandoque nullam habitudinem important ad aliquid aliud, sicut lux et lucere; et talia semper sunt simul actu. Unde quamdiu est lux, semper est lucere. Quandoque vero important aliquam habitudinem ad extra, sicut calefactivum ad calefactibile, et calefaciens ad calefactum. Modo dicunt, quod in istis semper sunt simul forma, a qua aliquid dicitur esse calefactivum, et esse calefactibile, quia calefactivum importat calefacere secundum esse possibile. Nunc autem, licet calefactibile non semper sit presens calefactivo, tamen semper est presens aptitudine et possibilitate. Sed in calefaciente et calefacto forma, per quam convenit alicui calefacere, calefaciens et calefacere non semper sunt simul. Unde non semper est simul calor et calefacere. Modo dicunt, quod intellectivum et intelligibile se habent sicut calefactivum et calefactibile, intelligens au-

---

1 ponende *om ζ* due *om H* 7 supra *H* 11 et$_1$ *om ζ* 12 semper] tamdiu *H* vero *om H* 13 aliquam *om ε ζ* 13—14 calefactivum] importat habitudinem *add Vi ε* 16 esse$_1$ *om H Vo ε* 16—17 calefactibile] calefactivum *Vo;* c. quia *om H* 17 semper importat *H Vo* 18 calefaciendum *H* 19 calefacto *ζ* 20 presens *om ζ* 22 calefaciens] calefactivum *Vi* 23 non semper sunt *H* simul calor] habens calorem *Vi*; simul *om Vo* 24 sic se habent *ε ζ* 25 intelligens] intellectus *Vi*

[1] Durandus de S. Porciano, II Sent. (A) d. 3 q. 5; cf. supra p. 18, 24 ss.

[2] Cf. supra p. 23, 25—24, 24.

tem et intellectum sicut calefaciens et calefactum. Et dicunt, quod sicut intellectivum nihil addit super potentiam intellectivam, nisi solum respectum ad obiectum possibile esse presens, ita intelligens super potentiam nihil addit nisi habitudinem ipsius potentie ad obiectum presens. Et propter hoc, quia non semper est obiectum presens, licet semper intellectus sit intellectivus, non tamen semper intelligit.

Quod autem intelligere non dicat aliquam formam absolutam, sed solum respectum, probant quadrupliciter. Primo sic: nulla forma absoluta est operatio; intelligere est operatio. Ergo etc. Minor conceditur ab omnibus. Maior probatur tripliciter. Primo [1] sic: quia idem non est principium sui ipsius; sed forma absoluta est principium operationis. Ergo etc. Secundo [2] sic: illa que ex opposito distinguuntur, unum non est alterum. Sed actus primus et secundus, qui se habent sicut forma absoluta et operatio, ex opposito distinguuntur. Ergo etc. Tertio [3] sic: quia si operatio esset forma absoluta, illa forma absoluta posset habere operationem. Et tunc queram de illa: utrum sit forma absoluta aut non. Si non, eadem ratione standum fuit in prima. Si sic, ergo ista forma habebit operationem aliam, et ibit in infinitum.

Secundo [4] principaliter sic: quia in operatione intramanente, que non importat aliquem respectum ad extra, forma et operatio non differunt nisi secundum

---

1 et_1] ad *Vi* et_3] modo *Vo*   2—5 addit—nihil *videtur esse additum in marg. H, sed in photocopia est illegibile*   3 intellectivam] intellectus *ζ*   solum *om ζ*   3—4 obiectum presens aptitudine vel potentia *ζ*   4 supra *ζ*   7 intellectus] intelligens *Vo*   16 quia illa *Vi*   18 absoluta *om Vi ε*   20 ista *Vi*   22 aut] vel *Vi ε*   23 illa *Vo ε*   24 et sic *ζ*   26 importat] nisi *add H Vo (2ª m.) ζ*

[1] Cf. supra p. 19, 1—10.   [2] Cf. p. 38, 15—21.

[3] Cf. p. 19, 10—15.   [4] Cf. p. 19, 16—20, 5; 41, 25 ss.

modum significandi nominaliter et verbaliter, sicut lux et lucere. Et per consequens unum nihil addit super alterum. Sed intelligere est operatio manens. Ergo videtur, quod intelligere nihil addit super intellectum. Unde dicere, quod intelligere aliquid addit [H f. 98rα] super intellectum, est dicere, quod calere addit [ε f. k 5vα] super ‖ calorem, quod est absurdum.

Tertio [1] sic: quia si intelligere dicit formam absolutam, Deus posset separare intelligere ab intellectu, quia Deus potest quecumque absoluta separare, dum- [Vi f.167vβ] modo di‖cant actum. Consequens est falsum, quia Deus hoc non posset facere, quia esset intelligere sine intelligente.

Quarto [2] sic: quia si intelligere diceret aliquam formam absolutam, ergo et sentire. Consequentia patet. Consequens est falsum. Ergo et antecedens. Probo falsitatem consequentis, quia simul et semel aliquis videt album et nigrum, viride et talia. Aut ergo eodem actu aut pluribus. Si pluribus, tunc plures [ζ f. 78vβ] ‖ actus sentiendi in uno sensu particulari — puta visu — sunt simul, quod est inconveniens. Si uno, et iste unus actus est absolutus, sequitur, quod uno et eodem actu sentitur album et nigrum et viride, quod est inconveniens, quia diversitas obiectorum facit diversitatem actuum. Ergo ponere actum sentiendi

---

1 et] vel *Vo* sicut] ut *Vi* 3—5 Sed—intellectum *om Vi* 4 super] supra *H Vo* 6 supra *Vo* 11 actum] quod dicitur propter materiam primam *add ε ζ* 12 potest *ζ* 15 absolutam *om Vo* Consequentia patet *om H ζ; post* antecedens *ε* 16 et *om ζ* 17 aliquis *om ζ* 18 viride et talia *om ε ζ* 19 tunc] ergo *H* 20 in *om Vi* particulari *om H ε* 21 in visu *H* 21—24 Si—inconveniens *om H* 22 ille *Vi* 23 et viride *om H ε ζ*

[1] Cf. supra p. 20, 6—17; 42, 12 ss.

[2] Ex quo opere illa ratio sumpta sit, non constat; sed cf. J. Koch, Durandus de S. Porciano I, 1927, 155 ss.

esse aliquid absolutum additum potentie est falsum et inconveniens.

Ista positio videtur mihi falsa et impossibilis, et arguo primo contra positionem, secundo contra modum ponendi. Contra positionem arguo tripliciter: Primo ex novitate et mutatione, que in intelligendo apparet; secundo ex natura ipsius relationis; tertio ex his, que attribuuntur actui intelligendi.

Ex primo arguo quadrupliciter: Primo [1] sic: Ista mutatio nova, qua fit de non intelligente intelligens, aut terminatur ad aliquem actum absolutum in potentia, aut ad hoc, quod obiectum fiat, aut ad hoc, quod unum applicetur qualitercumque ad alterum. Si primo modo, habetur intentum; si secundo modo, sequitur, quod intelligere fiat non per aliquam mutationem factam in potentia, sed in obiecto, quod est absurdum. Si tertio modo, quero: Qualis est ista applicatio? Aut secundum locum, quod est manifeste falsum, aut secundum informationem, ut sc. obiectum informet potentiam, quod est similiter absurdum. Et tamen etiam per hoc habetur propositum, quod sc. addit aliquid absolutum super potentiam, informans ipsam. Aut secundum presentialitatem, ut quidam dicunt; et si sic, quero: Qualis est illa presentialitas? Aut secundum coexistentiam tantum; et sic, cum Deus semper coexistat cuilibet intellectui, semper intelligeretur a quolibet intellectu, quod falsum est. Aut

1 esse *om H* aliquod *H Vi* 3 Ista autem *Vo* esse falsa *Vo* 5 arguitur *H Vo om ε* tripliciter] ex tribus *Vi* primo arguo *ε* 6 in *om Vo* intellectu *H* apparent *ζ* 9 arguitur *H Vo* 17 est] sit *Vi ε* 20 tamen] tunc *Vo* 21 propter hoc *ε ζ* 22 aliquod *Vi* 23—24 ut—presentialitas *om H ζ* 25 tantum *om Vo* 26 semper existat *Vo; et in marg.* sit presens; sit presens semper *H* 27 a—est *om Vi* quocumque *H*

[1] Cf. supra p. 33; J. Koch, Durandus de S. Porciano I, 148 s.

secundum dispositionem moventis et mobilis. Et tunc quero: Aut hoc est per hoc, quod intellectus movet obiectum, et hoc dicere esset absurdum, aut hoc est per hoc, quod obiectum movet potentiam, et tunc queratur ad quid, sicut prius.

Secundo sic (et est confirmatio precedentis): quia ipsi dicunt, quod ista novitas provenit propter novitatem presentie obiecti non latentis [1]. Quero: Quid in-
Vo . 64rβ telligunt per non latentiam ‖ presentie aut per presentiam non latentie? Aut puram negationem aut aliquid positivum. Si puram negationem, ergo intelligere formaliter non dicit nisi puram negationem. Si aliquid positivum, hoc non est nisi manifestationem. Ergo manifestatio sive cognitio est aliquid preter potentiam et obiectum et preter presentiam sive coexistentiam utriusque; et quero, quid sit illud, utrum aliquid creatum in potentia vel in obiecto; et sequitur idem quod prius.

Tertio sic: quia ubicumque aliquid fit de novo, quod prius non fiebat, oportet, quod hoc fiat aut per remotionem prohibentis, sicut grave movetur deorsum remoto detinente; vel per hoc, quod passum approximatur agenti vel e converso. Tunc ergo, quando de non intelligente fit intelligens, quero, quid istorum sit ibi de novo. Si dicatur, quod remotio prohibentis, quero, quid est illud prohibens, quod removetur, et

1 dispositionem—mobilis] mobile *Vi* Et *om* ζ 2 quero] quomodo *add Vi* 3 hoc est *om Vo* ε; est *om* ζ 7 ipsi] isti ζ 8 non *om H Vo* ε ζ 8–9 ipsi intelligant *Vi* 9—10 aut—latentie *om Vi* 10 non *om H* Aut_1] per primum aut intelligunt *H;* aut enim ipsi int. ε; intelligunt ζ 13 manifestatio ζ 14 aliquid positivum aliud *H;* a. aliud ζ 15 sive] vel *Vi* ε 16 et] tunc *add Vi* ε 17 causatum *H (?)* ε sequeretur *Vo* 20 hoc *om H* ζ 22 detinente] prohibente *H Vo (corr. ex* determinate!) 22—23 approximatur] appropinquat ζ

[1] V. supra p. 25, 9; 14 ss.

quid removet. Si dicatur, quod est remotio prohibentis negativi, quia sc. absentia obiecti prohibebat, sicut absentia aeris prohibet corpus luminosum, ne illuminet, hoc est ignorare propriam vocem, quia hoc non est removere prohibens proprie loquendo, sed est applicare ipsum passivum ad agens. Si secundo modo, tunc se habebunt obiectum et potentia sicut movens et motum, et tunc quero, ut prius, quid movet et quid movetur et iterum, quid facit movens in moto.

Quarto sic: Quando aliquis de novo videt Deum, quero, utrum aliqua mutatio nova fiat ibi || aut non. Vi f. 168rα Si non, ergo eodem modo se habet beatus et non beatus. Si aliqua mutatio fit, quero: aut in potentia aut in obiecto aut in utroque. Dicere, quod in || ob- H f. 98rβ iecto, sc. in Deo, aut in utroque, est absurdum, quia in Deo nulla cadit mutatio. Si in potentia, aut est acceptio alicuius absoluti, et sic habetur propositum. Aut terminatur ad relationem tantum, nulla mutatione facta in absoluto nec secundum se nec secundum applicationem unius ad alterum, quod similiter est absurdum. Si ponatur, quod secundum applicationem unius ad alterum, queretur, qualis est ista applicatio, ut prius, et non poterit fingi.

Ex parte relationis arguo dupliciter. Primo sic: quia illa relatio, quam tu dicis intelligere, aut est relatio rei aut rationis tantum. Si rationis tantum, tunc intelligere erit ens rationis tantum, et tunc ens rationis beatificabit homines, quod est satis absurdum. Si

---

1 quid] id *add* ζ 2 absentia corporis luminosi prohibet, ne *Vi* 6 passum *ε* ζ 8 tunc *om* *ε* ζ 9 facit] faciat *H*; faciat vel f. *Vo;* f. vel faciat ζ 10 quando] si *H* 11 u. fiat ibi mut. aliqua de novo *H* aut] vel *ε* ζ 13 Si autem *H* ζ 15 Deo vel utroque *H* ζ 16 cadit] est *Vi Vo* aut hoc ζ 19 per se ζ 22 ista *om* *ε* ζ; appl. illa *Vo* 24 parte] autem *add* *H* ζ 25 ista ζ

realis, ergo in Deo non est intelligere, quia inter in- ζ f. 79rα tellectum ‖ divinum et suum per se obiectum nulla est relatio realis.

Secundo sic: quia si intelligere non addit aliquid absolutum super potentiam, sed dicit tantum respectum nullam compositionem facientem cum ea, tunc intelligens non est perfectior quam non intelligens. Sed hoc est similiter absurdum et impossibile. Primo ε f. k 5vβ probo consequentiam ‖ et secundum eos et secundum veritatem. Secundum eos, quia, ut ipsi dicunt [1], respectus nullam perfectionem dicit preter ipsammet perfectionem, que est fundamentum. Sed fundamentum equaliter est in intelligente et non intelligente. Ergo si intelligere nihil dicit nisi talem respectum, eque perfectus erit non intelligens sicut intelligens. Hoc etiam patet secundum veritatem: quia perfectio videtur dicere formam alicuius perfectibilis differentem re a perfectibili. Sed secundum istam positionem intelligere non dicit aliquam perfectionem differentem re ab intellectu. Ergo etc. Falsitas autem consequentis manifesta est, sc. quod non intelligens sit eque perfectus sicut intelligens. Primo quia ad hoc sequitur, quod eque perfectus esset beatus et non beatus, sive ponatur beatitudo in visione sive in dilectione, quia idem iudicium est de utroque. Secundo quia sequitur, quod omnia intelligere eiusdem intelligentis essent eque perfecta, quia fundamentum ipsius intelligere, qui ponitur respectus, est commune omnibus. Et sic patet falsitas consequentis.

1—2 intellectum] intelligere *Vo* 4 aliquod *Vi* ζ 5 supra *H Vo* 6 eo *H Vo* ε ζ tunc *om Vo* ζ 7 est] esset *Vi* 8 impossibile] ergo etc. *add Vi* ε primo *om* ζ 15 int. sicut non int. et non plus ζ 22 eque *om* ζ 23 esset] erit *Vi* 26 sequeretur ζ eiusdem] unius *Vi*

[1] Cf. supra p. 21, 7 ss.

Sed ad hoc dicunt[1], quod, licet intelligens et non intelligens sint eque perfecti per se loquendo, tamen per accidens intelligens est magis perfectus, sicut grave deorsum est magis perfectum quam sursum.

Contra: Sicut unumquodque se habet ad perfectum esse, ita ad perfectionem habere. Sed intelligens secundum eos nullam habet perfectionem plus quam non intelligens, quia non habet nisi respectum, qui non est perfectio saltem alia a fundamento, et secundum eos et secundum veritatem. Ergo etc. Quod autem dicitur de gravi, falsum est, in quocumque loco sit. Si est equaliter grave, est equaliter perfectum, licet in uno loco magis conservetur quam in alio.

Ex hoc autem, quod attribuitur actui intelligendi, arguo sic: Nullus respectus est principium agendi. Sed intelligere et velle sunt principium agendi. Ergo non sunt respectus. Maior patet. Probatio minoris, quia agens per intellectum et voluntatem aut agit per ipsas solas potentias, et sic ita ageret dormiens sicut vigilans; aut ‖ per actus, et sic habeo propositum. Vo f. 64vα

Contra etiam modum ponendi arguo sic: Quia sicut ipsi dicunt[2], actus primus et secundus sive forma et operatio, puta lux et lucere in illis, in quibus non dicunt respectum, sunt semper simul nec differunt nisi sicut nominaliter et verbaliter dicta. Ex utroque istorum ostendo, quod contradicunt sibi. Ex primo sic: quia illud, quod non dicit respectum, dicit formam

---

3 perfectum *H ε ζ* 4 grave sursum *ζ* 6 intellectus *ζ* 7—8 secundum - intelligens *om Vi* 8 quia] qui *Vi* 9—10 et—eos *om Vi* 12 est_1 *om Vi* $equaliter_1$] equale *ζ* $equaliter_2$] eque *H* 13 alio] loco *add ζ* 14 hoc] eo *Vi* autem *om Vi Vo* 19 ageret] aget *Vi* agens (!) *H* agit *ε ζ* 21 sic *om Vi ε; add 2ª manus Vo* 23 puta] sicut *H* 26 quod] ista *add H* sibi *om Vo* Ex] Et *Vo* 27 illud] id *Vo*

[1] Cf. supra p. 22, 3 ss. [2] Cf. supra p. 19, 17 ss.

absolutam. Sed, ut ipsi dicunt[1], quedam sunt, in quibus actus secundus non importat respectum. Ergo de necessitate secundum eos in illis dicit formam absolutam. Sed cum hoc ipsi accipiunt universaliter, quod nulla operatio dicit formam absolutam in prima eorum responsione[2]. Et ideo manifeste contradicunt sibi. Ex secundo sic: quia in illis forma et operatio, puta lux et lucere, non differunt nisi ut nominaliter et verbaliter dicta, sed sunt idem. Sed ea, que non differunt nisi ut nominaliter et verbaliter dicta, nullam Vi f. 168rβ differentiam realem dicunt || absoluti ab absoluto, vel absoluti a relato, vel relati a relato, cum omnia talia equaliter possint dici et verbaliter et nominaliter.

H f. 98vα Secundum, || quod ipsi dicunt, est: Quod intellectivum et intelligere important quamdam habitudinem, sicut calefactivum et calefacere[3]. Contra hoc arguo sic: Quia calefacere dicit causalitatem effectivam aptitudine et actu. Ergo si simile est de intelligere et intellectivo, dicet causalitatem effectivam aptitudine et actu, et sic intelligere est efficere actum intelligendi. Sed hoc est falsum et secundum opinionem communem et secundum veritatem, quia sic Deus non diceretur intelligere, nisi quia efficit suum actum intelligendi, quod est absurdum.

Si dicas, quod non est simile quantum ad hoc, quod hinc inde importetur respectus causalitatis effective, sed quantum ad hoc, quod hinc inde est respectus aptitudinalis et actualis, contra: quia, quando dici-

---

1 in quibus primus *(add 2a m.)* actus et *(add 2a m.)* secundus non inportant *H* 6 ratione *Vi* Et ideo] ergo *εζ* 7 ex *om Hζ* quia *om ζ* 13 equaliter *om H* et$_1$ *om H* 15 dicunt et inportant *H* 20 est] esset *Hζ* 22 secundum *om ζ* 23 quia] sic *add Vo* 25 dicatur *H*

[1] Cf. supra p. 23, 25 ss. [2] Cf supra p. 33, 6 ss. et 19, 6 ss.
[3] Cf. supra p. 23, 31 ss.

mus intellectivum, aut dicit activum proprie dictum et secundum rem, aut dicit passivum secundum rem, sed activum secundum vocem, sicut reci‖pere significat ζ f. 79rβ active, aut neutrum horum. Si primo modo, ergo intelligere erit proprie facere. Si secundo modo, ergo intellectivum est receptivum alicuius actus. Et quero, quis sit ille actus, sicut prius, et non potest fingi nisi absolutum. Si neutro modo, quero, in qua habitudine se habet intellectivum ad intelligere; vel in habitudine receptivi, vel in habitudine activi, ut dictum est, vel in habitudine fundamenti illius respectus, quem dicit intelligere. Et tunc mirabile est, quomodo aliquis fundat novum respectum nulla mutatione facta in se vel in alio vel in applicatione ad alterum. Et quero, que erit illa applicatio, sicut prius, et non poterit inveniri.

Ad solutionem autem argumentorum premitto quedam, que dixi de operatione manente et de principio operationis cuiuscumque in nostro secundo quolibet[1]. Ad cuius evidentiam sciendum, quod, sicut ibi dictum fuit, preter causam finalem ponuntur tria principia, sc. formale, receptivum et effectivum[2]. Operatio principii formalis est facere formaliter tale, puta albedo facit formaliter album illud, cuius est forma. Operatio autem principii receptivi est vel ipsa forma recepta quantum ad rem loquendo vel recipere

2 rem_1] et secundum vocem *add Vi* dicit *om* ε ζ 3 sed] et *Vi* 4 horum] eorum ε ζ *om Vo* 6 intellectivum] intelligere *H* est] erit *H* 7 quis] quid *Vo* iste ζ nisi] aliquod *Vi* 10—11 receptivi — habitudine *om Vo* 12 aliquid ε ζ 13 se] ipso ε ζ 15 que] quid *Vo* erit] est *Vo* ε ζ 19 cuiuscumque in nostro *om H* 21 ibidem *Vo* 25—26 operatio — forma *om H*

[1] Herveus, Quol. II q. 8 (U. in Deo sit idem intelligere et dicere), ζ f. 47vβ—51rα. Art. 1: Quomodo differant operatio immanens et operatio transiens, 48r—v.

[2] Cf. ζ f. 48vα.

ipsam formam, quod quidem ex modo significandi dicit habitudinem receptivi ad ipsum receptum. Operatio autem principii activi est efficere actum, ita quod effectus secundum se acceptus differt a seipso, ut dicitur opus vel operatio efficientis, sicut forma aliqua secundum se absolute accepta, et accepta, prout denominat causam efficientem. Unde teneo[1], quod
ε f. k 6rα actio nihil aliud sit quam effectus formalis cause ‖ efficientis, ut denominat causam efficientem. Unde calefacere nihil aliud est quam habere calorem a se factum. Operatio autem principii formalis quantum ad id, quod est, nihil aliud est quam ipsa forma, quia forma nihil aliud a seipsa dat ipsi perfectibili nec eius operatio importat aliquid aliud ab ea nisi quandam habitudinem ad perfectibile, quod perficit formaliter. Operatio autem principii passivi nihil aliud est quam actus vel forma recepta, nisi quod ex modo significandi importat habitudinem ipsius recipientis ad formam receptam.

Descendendo ergo ad propositum dico[2], quod in potentia intellectiva, quando aliquis actu intelligit, fit quidam actus absolutus, qui formaliter non dicit relationem, licet relatio consequatur ad ipsum, et intelligens
Vo f. 64vβ dicitur formaliter intelligens tali actu, ‖ subiective

---

3 activi] effectivi *H (super rasura)* *ζ* 4 actus effectus *Vi ε* 5 dicitur] est *ε om H ζ* 6 aliqua *om H* secundum—et] absolute *Vi* se acc. et abs. acc., secundum quod den. *Vo* 8 formalis *om ζ* 8—9 efficientis] agentis *H* 12 id] illud *H ζ* 12—13 quia forma *om H* qu. ipsa f. *ζ* 13 a se *Vi* 14 eius] ipsius *H* 15 quod perficitur forma *ζ* 16 receptivi vel passivi *Vi Vo* 20 ergo] autem *H ζ* et sic d. *ε* 21—22 actu—quidam *om Vi* 23 et] etiam *ζ*

[1] Cf. Quol. IV q. 4, ζ f. 90 vβ—92 rβ.

[2] In marg. ζ: Vide pulchre etiam in consimili materia Scotum in Quol. q. 13.

autem potentia intellectiva, effective autem ab obiecto et intellectu agente vel a specie secundum alios.

His premissis dicendum est ad rationes: Ad primam [1] dico, quod maior est falsa, prout proponitur. Nam operatio principii formalis est ipsamet forma absoluta et operatio principii receptivi est forma recepta absoluta.

Ad primam ergo probationem huius maioris [2] dicendum: Quando dicitur, quod nihil est principium sui ipsius, dicendum, quod in operatione principii formalis proprie loquendo unum non est causa vel principium alterius, nisi inquantum ex modo significandi importatur cum forma habens formam, quod ea perficitur, et ex hoc ponitur principiatio inter formam et compositum, non autem quod preter formam et perfectibile, ‖ quod per ipsam perficitur, et ipsum totum Vi f.168vα sit aliquis alius effectus forme diversus ab aliis. Et sic non oportet in tali principio, quod principium operationis ‖ non includatur in ipsa operatione, vel H f. 98vβ quod sit diversum ab ea. In aliis autem bene principium est diversum ab operatione, cuius est principium. Sed non sequitur, quod si forma sit principium illius operationis, quod ipsa operatio non sit forma absoluta, quia una forma potest esse principium alterius, et receptive et effective, sed bene sequitur, quod illa forma non est illa operatio, cuius est principium.

---

1 autem$_1$ *ViH* (+ ipsa), *del. praeter* a *Vo*, a *ζ* autem$_2$ *om ζ* 6—7 et—absoluta *om H* 6 est] ipsamet *add ζ* 8 illius *H* ipsius *ζ* 8—9 dicendum *om Vi* 9 quod quando dicitur: nihil *H ζ* 11 causa alt. et princ. *ζ* 13 importat cum ipsa forma *Vi* ex ea *ζ* 14 et *om Vo ε* 16 ipsam] totam *add Vo* 17 aliis] his *ε ζ* 18 oportet] quod *add H Vo ζ* 23 istius . . . ista *ζ* forma *om Vo* 26 ista *ζ* sit *H* ista *H ζ*

[1] Cf. supra p. 45, 11 ss.

[2] Cf. supra p. 45, 13—15.

Ad secundam probationem[1] dicendum, quod illa, que ex opposito distinguuntur ut sic, unum non est alterum; et ideo actus primus nunquam est actus secundus, respectu cuius dicitur primus, excepto principio formali et operatione ipsius. Sed ille, qui est secundus actus respectu unius, potest esse primus respectu alterius, sicut illud, quod est effectus respectu unius, potest esse causa respectu alterius, quousque perveniatur ad ultimum effectum et ad ultimum actum secundum, qui differt a primo actu non si‖cut [ζ f. 79vα] respectus a forma absoluta, sed sicut forma absoluta recepta a recipiente et effecta ab efficiente.

Ad tertiam probationem[2] dicendum, quod in per se ordinatis non oportet, quod illa ratione sequatur processus in infinitum, quia pervenietur ad ultimam formam, que est operatio sive effectus precedentium. Et hoc dico in per se ordinatis, sicut si dicatur, quod operatio celi est animal effectum a celo, et operatio animalis est ambulare, et ibi est status. In per accidens autem ordinatis non est inconveniens dare processum in infinitum, ita quod sic non erit devenire ad aliquam operationem ultimam, que non sit principium alterius, ut si calefactum a sole calefaciat quoddam alterum, et illud quoddam alterum et sic in infinitum.

Ad secundum[3] dicendum, quod ibi equivocatur intellectus; nam intellectus potest accipi pro sola po-

5 ipsius] eius *H Vi* illius *ε* 11 sed—forma *om ζ* absoluta *om H Vo ζ* 12 a recipiente] absolute accepta *H Vo* effectiva *Vo* 14 quod illa] ex illa *Vo ε* ex ista *ζ* ratione] quod *add Vo ε ζ* 15 usque ad *H Vo* 21 ita—erit] vel quod sicut non est *Vo* 22 et ultimam *ζ* 23 si—a] calefaciente *H* 27 pro sola] ipsa *Vi* vel ipsa *ε*

[1] Cf. supra p. 45, 15—19. [2] Cf. supra p. 45, 19—24.
[3] Cf. supra p. 45, 25—46, 7.

tentia intellectiva vel actu sibi inherente. Modo quando dicimus aliquem intelligere, operatio manens, que est intelligere, et intellectus, prout stat pro actu intelligendi, non sunt diversa re, sed idem nominaliter et verbaliter dictum, sicut lumen in aere et lucere. Sed intelligere, qui[1] est idem realiter quod actus intelligendi, et intellectus, prout stat pro potentia intelligendi, sunt diversa re, sicut lumen aeris et eius dyaphanitas. Unde dicere, quod intelligere addat aliquid super intellectum, qui est actus intelligendi, esset idem inconveniens, sicut si diceretur, quod lucere addit super lucem vel calere super calorem; sed dicere, quod intelligere addit rem absolutam super intellectum, qui est potentia intellectiva, non est incidere in predictum inconveniens, sed est simile, ac si diceretur, quod lucidum addit super dyaphanitatem aeris lumen, quod habet veritatem.

Ad tertium[2] dicendum, quod maior et minor sunt dubie, quia dubium est, an Deus possit separare quecumque absoluta ab invicem. Posito etiam, quod possit separare quecumque absoluta ab invicem, non est certum, quod ipse non possit separare quodcumque intelligere creatum ab intellectu, cuius est. Nec sequitur, quod intelligere sit sine intelligente, sed quod tale sit intelligere subsistens, sicut quantitas separata est quantitas subsistens. Et si dicatur, quod

1 actus . . inherens *Vi Vo ε* 2 aliquem] intellectum *add Vo* 5 dicta *Vi* vel sicut *ζ* 7 pro] quod *Vo* 8 eius *om ζ* eiusdem *ε* 9 addit *ζ* 10 esset] est *H* 11 addit] aliquid *add Vi* 12 lucem] lucere *ζ* supra *Vo* 14 potentia *om Vo* intellectiva] intelligendi *ζ* 15 sed idem ac *ζ* 16 quod *om H* lucidum] lucere *Vi* lumen *om Vi* 19 utrum *Vo* posset *ζ* 20—21 Posito— non] nec *H* 23 creatum] aliud *add ζ* 25 tale] intelligere *add H ε ζ* quantum subsistens *Vi ε*

[1] Sic *Vi Vo H ε ζ*. Corrigas: quod. [2] Cf. supra p. 46, 8—13.

solus Deus est intelligere subsistens, dicendum, quod verum est actu et aptitudine, quia intelligere Dei nec actu nec aptitudine potest inherere. Tale autem intelligere creatum, licet actu esset subsistens, aptitudine tamen esset inherens.

Ad quartum[1] dicendum: Cuius vis consistit in hoc, quod si sentire esset actus absolutus, eodem actu videretur album et nigrum et viride. Dicendum, quod ista ratio ita currit contra eos sicut contra me, quia non differt positio eorum, qui ponunt sentire esse respectum, a positione eorum, qui ponunt sentire esse quoddam absolutum de novo factum in potentia, nisi ε f. k 6rβ quod primi ponunt absolutum || antiquum, sc. potentiam, et alii ponunt absolutum novum, sc. actum, quia omnes concedunt, quod in aliquo absoluto sive sit potentia sive actus fundatur respectus cognoscentis ad cognoscibilia. Unde sicut ipsi possunt dicere, quod in eodem absoluto, quod est potentia, fundantur diversi respectus ad diversa, ita etiam possunt dicere illi, qui Vi f.168vβ ponunt novum absolutum ibi, sc. || actum, quod in eo fundantur diversi respectus ad diversa.

Dicendum ergo, quod eodem actu absoluto possunt sentiri talia, et quod obiectum talis sensationis est H f. 99rα Vo f. 65rα unum aliqualiter, puta || differentia albi et nigri, || quia sicut sensus communis apprehendit differentiam diversorum obiectorum diversorum sensuum, puta visibilis et audibilis, ita sensus particularis apprehendit differentiam circa suum proprium obiectum.

1 dicendum est *Vo* 6 dicendum *om Vi ε* vis] virtus *Vo* 7 est *Vi ε ζ* 8 videtur *Vi* -erentur *H* et *et* et *om Vo* et viride *om ε ζ* 9 ista ratio *om H* ita *om Vo* curreret *ζ* 11 respectivum *ε ζ* posuerunt *H* 14 absolutum *om H* 17 ad cognitum *H* 18 isti diversi *Vi ε* 19 etiam *om Vo* dicere *om H* 20 novum *om H* 21 fundentur *Vi* 25—26 diversorum *om ζ* 26 et diversorum *H* 27 et *om H ζ*

[1] Cf. supra p. 46, 14—47, 2.

Quantum ad secundum principale, sc. a quo causetur iste actus intelligendi, sciendum, quod illimet ponunt tres conclusiones: Prima est, quod talis actus non causatur a specie vel obiecto. Secunda est, quod ab obiecto sicut a causa sine qua non. Tertia, quod causatur a dante potentiam intellectivam sicut a causa propter quam sit. Quantum ad primum adducunt rationes: Primo ad probandum specialiter, quod non a specie. Secundo ad probandum, quod non ab obiecto. Tertio rationes ‖ communes, quod a neutro. ζ f. 79vβ

Primum probant quadrupliciter. Primo[1] sic: quia intelligere potest esse sine specie. Ergo species non est principium eius. Antecedens patet, puta in visione beata. Probatio consequentie, quia intelligere est actus manens in eo, cuius est actus. Ergo non est effectus illius, sine quo vel extra quod manet. Ergo si manet sine specie, non est species eius causa. Si dicatur[2], quod Deus potest facere effectum speciei sine specie, quia potest facere effectum secundarum causarum sine ipsis, non valet, ut videtur, quia licet possit facere effectum cause efficientis sine causa efficiente quantum ad actiones transeuntes, non tamen quantum ad actiones manentes, quia debent manere in suis principiis.

Secundo[3] sic: quia qua ratione ponitur species in intellectu, eadem ratione et in sensu. Hoc autem est falsum. Ergo etc. Consequentia patet. Probo falsita-

---

1 Quantum] autem *add H Vo ε* 2 ille *Vo ε* 4 est *om H* quod est *Vo* 5 Tertio *ζ* est, quod *Vo* 8 primo rationes *Vi* 10 Tertio] ponunt *add Vo* non a neutro *H Vo* 15 manens—actus *om H* manens] qui manet *add 2ª m. in marg. Vo* 16 illius] eius *H ε* 19 effectus *H* 21 posset *Vo* 23 quia] que *ζ* 26 et *om ζ* autem *om Vo* 27 Ergo etc. *om Vi Vo* 27 Probatio falsitatis *H*

[1] Cf. supra p. 10, 23—11, 3. [2] Cf. supra p. 11, 3—25.
[3] Cf. supra p. 11, 26—12, 10.

tem consequentis. Quia si species aliqua esset in sensu causans sensationem, esset similis illi, que est in medio. Ergo qua ratione illa, que est in sensu, causaret sensationem, eadem ratione illa, que est in medio.

Sed dices [1], quod diversitas receptivorum impedit, quia aer non est receptivus actus sentiendi sicut potentia sensitiva. Contra, quia cum sit operatio manens et species sit eius causa, erit receptivum eius species, et si similis est species utrobique, sicut potest recipi in uno, ita in altero.

Tertio [2] sic: quia species aut requiritur ut medium cognoscendi, quod est cognitum, aut ut similitudo sola cogniti. Non primo modo, ut auctores illius positionis de speciebus dicunt. Probatio, quod nec secundo modo. Primo, quia talis similitudo, ut dicunt, est eiusdem speciei cum eo, cuius est similitudo, sicut albedo et similitudo eius in aere, ut dicunt, est eiusdem speciei, licet habeant diversum modum essendi. Sed species in intellectu non potest esse eiusdem speciei cum re materiali cognita. Ergo etc. — Secundo, quia quando aliquid ducit in cognitionem alterius ut similitudo, non ducit in cognitionem eius, nisi prout assimilatur sibi. Sed res extra non potest assimilari speciei in intellectu. Ergo etc.

3—5 Ergo—medio *om Vi* 3 eadem ratione qua *H* 4 eadem ratione] et *H* 6 Sed *om Vi Vo* receptorum *ζ* 7 quia] quod *Vo* 8 quia *om H* 9 sit] si *H* est *Vi ε* erit *Vo* receptiva *ζ* 10 et *om Vo* si *om H Vo* in utroque *H* et sicut *H Vo* et si sit sim. in utroque *ζ* 11 recipi *om ζ* 12 quia species] si sp. ponitur *H* 13 ut *om H ζ* 14 ut] secundum *H* 15 opinionis *ζ* de *et* dicunt *om H* 19—21 licet—speciei *om ζ* habeat *H* modum *om H* existendi *H* 21 re *om H* 23 similitudo] eius *add ζ*

[1] L. c. p. 12, 11—21. [2] L. c. p. 7, 15—8, 15.

Quarto[1] sic: quia secundum ponentes species species manent sine actu intelligendi. Hoc autem est inconveniens, quod sc. plures species eiusdem generis propinqui sint in eodem subiecto, ut dicunt.

Quod non ab obiecto probant primo sic[2], quia effectus esset nobilior sua causa, quia actus intelligendi est nobilior obiecto. Si dicas, quod non oportet, quia concurrit intellectus agens, contra, quia in sensu non est sensus agens. Ergo nec ibi. Si dicas, quod obiectum sensibile movet sensum in virtute alicuius intelligentie, contra, quia intelligentia non causat nisi motum localem. Movens autem localiter minus facit ad actionem quam ipsum quale, quod movetur sic localiter, ut agat, sicut minus calefacit applicans calidum calefactibili quam ipsum calidum. Ergo minus facit ad sensationem applicans sensibile quam ipsum sensibile. Et per consequens non potest dici, quod sensibile faciat effectum nobiliorem se in virtute intelligentie.

Secundo sic[3]: quia si obiectum movet, tunc intelligere est pati et intelligi est agere. Sed hoc est inconveniens. Ergo etc. Probatio consequentie, quia intelligere se tenet ex parte potentie mobilis et intelligi ex parte obiecti moventis. Probo falsitatem consequentis, quia si intelligi est movere et intelligere

---

2 species *om H* manet *ε* -eret *ζ* cognoscendi *H* autem *om H Vo* 4 sint *om H* obiecto *ζ* 5 Quod] autem *add ε ζ* 6 *et* 7 nobilior] notior *ε ζ* 6—7 intelligendi] intellectus *ζ* 9 nec ibi] etc. *H* n. in intellectu *Vi ε* dicatur *H* 13 quale] mobile *Vi* 14 calefacit] facit *H* 14—15 calidum] calefactivum *H* 16 quam] quantum ad *H* 23 et *om ζ* 23—24 intelligi] se tenet *add H* 24 Probatio falsitatis *Vi*

[1] Haec ratio non est in textu, quem exhibet Petrus de Palude.

[2] Cf. supra p. 14, 3—17. [3] L. c. p. 14, 27—15, 10.

est moveri, intelligi est nobilius quam intelligere, Vi f. 169rα quod ‖ est falsum, quia intelligere non convenit nisi nobilibus entibus, intelligi autem convenit omnibus.

Tertio sic (et est confirmatio rationis precedentis)[1]: quia si intelligere est moveri et intelligi est movere, H f. 99rβ sequitur, quod ideo intelligens intelligit, quia res ‖ intellecta intelligitur, et non e converso. Sed hoc est inconveniens. Ergo etc. Si dicatur ad hoc[2], quod intelligere nec est moveri nec movere, ut quidam dicunt, contra, quia intelligere est in intellectu sicut caritas in mente et lumen in aere. Sed ista secundum Augustinum sunt semper in fieri; ergo oportet, quod dicant movere vel moveri.

Quarto sic[3]: quia si obiectum requiratur ut movens, tunc Deus potest facere actum intelligendi sine obiecto cognito, quia potest facere actum secunde cause sine ipsa. Hoc autem est inconveniens. Ergo etc. Si dicatur[4], quod Deus potest facere cognitionem sine obiecto movente, non tamen sine obiecto terminante ipsam cognitionem, contra, quia secundum, sc. esse ζ f. 80rα terminus cognitus, presupponit primum, sc. ‖ esse movens.

Quod autem a neutro, probant primo sic[5]: quia ε f. k 6vα actus ‖ vitalis, qualis est intelligere, debet esse a prin-

3 nobilioribus ε ζ autem *om Vo ζ* 6 intellectus *Vo ζ* ideo *et* intelligit *et* intellecta *om H* 7 e converso] quia ideo mobile movetur, quia movens movet, et non e converso *add Vi ε* 8 dicas *Vo* ad hoc *om ε ζ* quod nec *(add H)* intelligere non *(om H)* est nec *(add Vi ε)* movere (-i *ζ)* nec moveri (-e *ζ) H Vi ε ζ* 10 quia *om H ζ* 14 requiritur *H Vo* 16 secunde *om Vi* cause *om H* 19 tamen] autem *Vi* 20 ipsam cognitionem *om Vi ε* 21 cognitus *om ε ζ* 23 sic primo *(Vi ε)*: intelligere est act. vit.; act. autem vitalis debet . . *H*

[1] Cf. supra p. 15, 11—14. [2] L. c. p. 15, 15—16, 28.
[3] L. c. p. 17, 29—18, 3. [4] L. c. p. 18, 4—23.
[5] L. c. p. 10, 20—27; 17, 18—28.

cipio vivente. Sed species et obiectum non sunt huiusmodi. Ergo etc.

Secundo sic[1]: quia nulla res indiget aliquo extrinseco ad suam operationem. Sed propria et naturalis operatio intellectus possibilis est intelligere. Ergo non indiget ad hoc specie vel obiecto, que sunt sibi quedam extrinseca.

Tertio[2]: quia si actus intelligendi esset aliquid causatum a specie vel obiecto, diversorum obiectorum et diversarum specierum essent diversi actus intelligendi specifice. Hoc autem est inconveniens. Ergo etc. Consequentia patet. Probo falsitatem consequentis, quia proprietas ‖ speciei specialissime est species spe- Vo f. 65rβ cialissima. Sed homo est species specialissima et intelligere est proprietas hominis. Ergo intelligere est quedam species specialissima. Ergo non possunt plura intelligere hominis differre specie.

Secundam autem conclusionem, sc. quod obiectum requiritur sicut causa sine qua non, probant unico medio sic[3], quia secundum Augustinum (VI⁰ Musice) ad cognitionem requiritur presentia obiecti non latentis. Sed presentia obiecti non requiritur ut causa propter quam sit. Ergo requiritur solum ut causa sine qua non.

Tertiam conclusionem, sc. quod dans formam, sc. dans intellectum, causat intelligere, arguunt dupliciter[4]: Primo sic: quia sic se habet intelligere ad potentiam

---

3 quia *om ζ* 4 suam] propriam *add in marg. Vo* 6 sibi] ibi *H Vo om ζ* 9 vel] et *Vi* 11 Ergo etc. *om Vi* 14—16 et—specialissima *om H Vo ζ* (et *om ε*, 16 species *om Vi)* 18 autem *om ζ* sc. *om H* 19 requiratur *ζ* 20 De Trin. *ε ζ* 22 obiecti *om Vi* 23 ut *om ζ* 25 quod Deus formam, sc. intellectum, dans dat etiam intelligere *H* 26 probant *ε ζ*

[1] Cf. supra p. 12, 22—27. [2] L. c. p. 17, 8—17.
[3] L. c. p. 24, 29—25, 17. [4] L. c. p. 2, 16—23, 20.

intellectivam, sicut descendere ad gravitatem. Sed secundum Philosophum (8 Phis.) descendere gravis est a dante gravitatem. Ergo intelligere est a dante potentiam intellectivam.

Secundo sic: quia secundum Philosophum existens in potentia accidentali ad actum non indiget nova forma ad hoc, quod in actum exeat, sicut patet de gravi, quod non indiget nova forma, ut descendat. Sed habens potentiam intellectivam est in potentia accidentali, ut intelligat. Ergo etc.

Hec autem positio videtur mihi falsa et impossibilis. Et quia ista positio ponit, quod actus intelligendi est a dante potentiam intellectivam sicut a causa propter quam sit, talia autem statim exeunt in actum, nisi prohibeantur, et per consequens ad hoc, quod de novo exeant in actum, requirunt removens prohibens, arguo contra istam positionem dupliciter: Uno modo ex parte motionis, alio modo ex parte prohibentis. Primo sic: quia dans formam non dicitur movere formaliter, ita quod dare formam sit ipsum movere, quia si dare potentiam intellectivam esset ipsa motio, que dicitur intelligere formaliter loquendo, quamdiu maneret potentia intellectiva, tamdiu maneret ipsum intelligere. Ergo dando formam, que dicitur potentia intellectiva, dicitur dare motum, qui dicitur et est actus intelligendi, causaliter, inquantum

2 gravi *H* 3 Ergo et *H* est *om Vo* 6 accidentali] actuali *H ε ζ* 10 accidentali] actuali *H ε* intellectuali *ζ* 11 autem *om H ζ* propositio *ζ* 12 positio] primo *H ε ζ* 14 autem]enim *Vi* statim *om ζ* 16 requirit *H* -ur *ζ* 17 arguo *om Vo* istam *om ζ* dupliciter] primo *add ζ* 18 motoris *H* alio] secundo *ζ* 20—21 formaliter—movere *om ε* 20 formaliter] formam *ζ* 21 quia si] sed *ζ* 22 que] quia *ζ* 23 maneret] movet *Vi* tamdiu *om ζ* 24 que] qua *H* 25 $dicitur_2$] debet *Vo ε* 26 dicitur et *om Vi* intellectus *H* causaliter] et formaliter *add H*

dat formam, que est causa talis actus. Et tunc quero: Aut est causa talis actus effectiva tantum aut passiva tantum aut utroque modo.

Si effectiva tantum, ergo potentia intellectiva causabit actum intelligendi in quodam alio, quod est inconveniens. Primo, quia intelligere non esset operatio manens respectu intellectus. Secundo, quia non potest fingi in quo alio hoc fieret.

Si ponatur, quod passive tantum, ergo oportet dare aliud quod moveat ipsum passivum, quod quidem aliud oportet esse aliud et ab intellectu et a dante intellectum ut sic; quod ideo dico, quia licet Deus possit movere ad omnem actum, non tamen hoc est dando potentiam passivam.

Si autem utroque modo, || tunc idem secundum Vi f. 169rβ idem est activum et passivum, quod quidem privilegium, licet quidam sequentes suum beneplacitum, non rationem dederint voluntati, nullus tamen hoc unquam dedit intellectui.

Ex || parte remotionis prohibentis arguo sic: quia H f. 99vα quando non intelligens de novo incipit intelligere, cum illud, quod est in potentia accidentali, ad hoc quod exeat in actum, non indigeat nisi removente prohibens, tunc quero: Quod prohibens removetur hic et quid removet? Si dicatur, quod removetur prohibens privativum, sc. absentia obiecti, sicut applicans calefactibile ad calefactivum removet absentiam calefactibilis,

---

2 talis actus *om Vo* 7 respectu *om ζ* 8 in quod aliud *H Vo ζ* ferret *Vo (in marg. corr.* fieret) 9 ponatur, quod *om ε* passiva *ε ζ* 10 aliud] aliquid *Vo* aliquod *ζ* 11 aliud *om ε ζ* esse] aliquid *add ζ* et$_1$ *om ζ* a] causa *add ζ* 12 intellectum *om H* 13 omnem] communem *ζ om Vo* 17 licet *om H* quidam *om Vi* 18 ratione *Vi* dederunt *H ζ* tamen *om H* 19 in intellectu *ζ* 21 non intelligens] intellectus *ζ* non intellectus *ε* 22 actuali *H Vo ε ζ* 25 dicas *Vo ε* removet *H* 26 absentiam *H* 27 absentiam *om H*

contra, quia removere illud prohibens nihil aliud est quam applicare ipsum per se principium passivum actionis ad ipsum agens. Et per consequens talis applicatio est applicatio obiecti ad recipiendum ab intellectu, quod est absurdum. Si autem est e converso, sc. applicatio moventis ad mobile, tunc habetur propositum, sc. quod obiectum movet potentiam ad ζ f. 80rβ intelli‖gendum. Item quero: Quid est illud, quod removet prohibens? Aut illud, quod facit obiectum in suo esse reali, aut illud obiectum movens sensum vel phantasiam. Non primo modo, tum quia contingit aliquid intelligi non existens actu, tum quia non semper re existente intelligitur. Si secundo modo, ergo habetur, quod obiectum movet sensum et phantasiam vel ad actum vel ad speciem. Et eodem modo debet concedi, quod intellectum movet mediantibus illis; et quia istud est satis improbabile, non plus deduco.

Ad primum [1] ergo, quod opponitur de specie, dicendum negando consequentiam. Ad probationem dico, quod actus intelligendi non est operatio manens ipsius speciei vel alicuius alterius, a quo sit effective; immo videtur mihi, quod dicere operationem esse manentem, quia fit in eo, a quo est effective, est ignorare propriam vocem. Operatio ergo speciei non est intelligere, sed intelligere facere. Sed intelligere est operatio ipsius intellectus possibilis ut receptivi. Illud

2 quam] nisi *Vi ε* 4 est applicatio *om H* recipiendum] actum *add H* 8 Item] Contra, tunc *Vo* illud *om ζ* id *Vo* 9 aut id *Vo* 10 vel] et *ζ* 11 tum *om H* 12 in actu *Vo* 13 ergo *om ζ* 14 et] vel *Vi ε* 15 ad *et* ad *om H* 16 quod] etiam *add H* et *add ζ* moventibus *H* 16—17 et—deduco *om ε* 17 illud *H* adduco *H* 18 ergo *om H* obicitur *H* 18—19 dicendum negando] nego *Vi ε* 21 vel] nec *Vi ε* sit *om H* 23 fit] sit *Vi ζ* est *ε* 26 operatio *om H*

[1] Cf. supra p. 59, 11 ss.

autem a quo aliquid est formaliter intelligens, est ipse actus intelligendi. Alias autem de hoc diffuse locutus sum [1]. Ex dictis patet ad instantiam [2] additam isti rationi, ‖ quia procedit ex ignorantia eius, quod ε f. k 6vβ dicitur actio manens.

Ad secundum [3] dupliciter potest dici: Uno modo, quod non est similis species in sensu et in aere. Loquor autem de specie que est in organo, non prout est dyaphanum tantum, sed prout est in composito ex potentia et organo, prout sunt coniunctim subiectum sensitivum. Alio modo dicendo, quod propter diversitatem receptivi est, quod non est sensatio in aere sicut in organo, dato quod sit similis species utrobique. Ad illud autem, quod dicitur contra hoc [4], dicendum, quod procedit ex simili ignorantia, sicut precedens, sc. ex ignorantia operationis manentis, quia nihil se habet in ratione ‖ operationis manentis Vo f. 65vα respectu eius a quo est effective. Unde dato, quod idem subiectum moveret se ipsum, tamen motus ille vel actus non se haberet ad illud totum, ut in quo est, accipiendo totum quantum ad illud, ad quod est causa efficiens.

Ad tertium [5] dicendum, quod species requiritur ut similitudo informans intellectum et movens ipsum ad cognoscendum, et non ut medium cognitum, prout

---

2 autem *om Vi* 3 dictis] istis *H* 6 dupliciter *om Vo ε* 10 coniunctum *H* totum c. est obiectum (!) *Vi* 11—12 diversitatem] subiecti *add H Vo (in marg.)* 13 in utroque *H* 15 dicendum *om H* 16 manentis *om ζ* 17 habet *om H* 19 idem] illud *ζ* subiecto *Vi* iste tamen *ζ* 20 ad *om ζ* id *Vo* ut *om Vo* 20—21 ut—totum *om ζ* 21 ad₁—quod] ad quod se habet *ζ* ad₂ *om H* 23 species *om H Vo ζ* species vel similitudo *ε* 25 intelligendum et cogn. *H* non *om H*

1 Quol. II q. 8 a. 1 p. 2, ζ f. 48vβ.
2 Cf. supra p. 59, 17 ss.
3 L. c. p. 59, 25 ss.
4 L. c. p. 60, 6 ss.
5 L. c. p. 60, 12 ss.

una res cognita ducit in cognitionem alterius. Ad probationem, que adducitur in contrarium, dicendum, quod illa ratio peccat in duobus. Primo, quia ‹illa similitudo› procedit de similitudine in esse, nos autem loquimur de similitudine, que est secundum esse representativum, prout similitudo existens in intellectu representat intelligibile. — Secundo deficit, quia procedit utendo simili ut medio cognito ad probandum alterum, sicut si probaretur aliquid de nive alba in eo, quod alba, et ex hoc concluderetur, quod conveniret lapidi albo. Nos autem loquimur de similitudine, que est ratio cognoscendi, non ut medium cognitum.

Ad quartum [1] patet ex dictis in precedenti questione, ubi ostendi, quomodo plures species eiusdem generis possunt stare simul [2]. Si autem queras, quare due species possunt stare simul et non duo actus intelligendi, quantum ad nunc pertinet, dico quod nihil pro-
Vi f. 169vα hibet actus aliquos habere repugnantiam, ‖ licet eorum
H f. 99vβ principia non habeant ‖ repugnantiam, sicut patet de
impressione facta a magnete in ferro, que stat cum ferri gravitate. Que tamen impressio habet inclinationem ad oppositum gravitatis, puta ad ascensum sursum, quando magnes ponitur sursum. Unde licet motus sursum et motus deorsum sint repugnantes, ta-

2 probationem] rationem *Vi* autem *add H ζ* dico *H* 3—4 peccat—similitudo *om Vi* 3 quia] quod *ζ* ista *Vo ε* 5 esse *om ζ* 5—6 representationem *ζ* 16—17 Si—simul *om Vi* 16 autem *om Vo* quare] quomodo *Vo* iste due *H* 19 alios *ζ* 20 habent *ζ* de *om H* 21 a] cum *ζ* 22 Que] quando *ζ* 23 gravitatis] quandoque *add H ε ζ* 23—24 puta—sursum$_1$] puta quando trahit aliquid ad se sursum *Vi* 25 motus$_2$ *om Vo*

[1] Cf. supra p. 61, 1 ss.

[2] Quol. III q. 7 (U. habitus faciat aliquid ad substantiam vel ad modum actus), *ζ* f. 77vβ.

men illa duo eorum principia non sunt repugnantia, quia stant simul.

Ad primum quod dicitur de obiecto[1] dicendum, quod istud esset facile solvere secundum eos, qui ponunt quod actus intelligendi est relatio; et si sic, minimum absolutum, cum habeat plus de entitate, habet plus de nobilitate quam relatio. Secundum autem veritatem dicendum, quod non oportet effectum nobiliorem esse sua causa, quia concurrentibus pluribus causis sufficit, quod principalis causa sit nobilior effectu. Nunc autem ita est circa intellectionem, quia concurrit cum obiecto intellectus agens. Et ad illud, quod dicunt contra hoc, dicendum, quod licet Aristoteles non inveniatur posuisse sensum agentem, non invenitur tamen negasse. Et Commentator videtur ponere ipsum, motus hac ratione. Quare autem Aristoteles non posuit sensum agentem sicut intellectum agentem, dico ‖ quod: quia non ita evi- ζ f. 80vα denter excedit sensus qualitates sensibiles, sicut intellectus quidditates materiales. Aliter etiam potest dici ad hoc, quod sc. in virtute alicuius spiritualis virtutis sensibile movet sensum. Quod autem dicitur contra hoc, quod sc. intelligentia non facit nisi motum localem, parum valet, quia preter intelligentiam dantem motum orbi, oportet dare aliam intelligentiam, a qua habet esse orbis, in cuius virtute agat orbis.

1 illa – principia] illorum duorum pr. *H* pr. ista eorum *ζ* non repugnant *Vi* 4 illud *ζ* esset] est *H ε ζ* faciliter solubile *H Vo* solvere *ζ* qui] quia *Vo* quia ipsi *ε* 5 si *om Vo* sic] sit *ζ* ita sit *ε* et si sit de numero absolutorum *add in marg. Vo* 7 nobilitate] actualitate *Vi* 8 dicendum quod *om H* 9—11 concurrentibus — quia *om H Vo ε ζ* 12 illud] id *Vo* 15 tamen] ipsum *add ε* tamen n. i. eum *ζ* 16 ipsum] eum *H* 17 Aristoteles *om H* 18 agentem *om H* quia *om H* ita *om ζ* 20 naturales *H* posset *H ζ* 21 ad hoc *om H* 25 orbium *ζ* alicam *Vi ε* 26 agit *Vi*

[1] Cf. supra p. 61, 5 ss.

Ad secundum [1] dicendum, quod licet intelligere sit quidam actus, qui est effectus ab aliquo efficiente et receptus in aliquo, tamen ut sic non dicit formaliter agere vel pati, sed habere actum intelligendi. Intelligi autem non dicit ipsam actionem obiecti moventis, quia hoc dicit intelligere facere, sed dicit esse terminum, ad quem ut ad cognitum terminantur actus intelligendi. Et per hoc patet, quod non sequitur, quod intelligi sit nobilius quam intelligere. Forma autem arguendi nulla est, quia non oportet, quod illud, quod est proprium quibusdam creaturis nobilibus, sit nobilius eo, quod est commune omnibus, prout accipitur in determinata natura, quia esse, quod est commune omnibus, prout accipitur in natura divina, est nobilius omni intelligere creato et omni ratiocinari. Et ideo non sequitur, quod si intelligi convenit omnibus, quod sit ignobilius quam intelligere.

Per hoc patet ad tertium [2], quia non sequitur, quod ideo intelligens intelligit, quia res intelligitur, quia intelligi, ut dictum est, non dicit movere nec intelligere moveri; sed verum est, quod intellectus, qui educitur de potentia in actum, non intelligit, nisi quia obiectum vel aliquid vice obiecti intelligere facit. Ad illud, quod contra hoc dicitur [3], dicendum, quod licet intelligere semper sit in fieri, quia continue dependet

---

2 alio *ζ* 6 esse] omnem *ζ om H* 7 terminatur *H ζ* 8 quod — sequitur *om Vi* 9 non sit *Vi* autem] etiam *Vi* 13 esse] omne *Vo* 15 creato *om H ε ζ* 17 nobilius *Vi* quam intelligere] omni intelligere et omni ratiocinari *ζ* 19 intelligens] intellectus *ε ζ* 21—22 quod—quia] quod ideo intelligit et intelligefit, quia *Vi* 22 nisi] nec (sed *H* vel *ε*) intelligere facit *H Vo ε* 23 intelligefacit *Vi* 24 contra—dicendum] quod dicitur contra *Vo* dicendum *om H*

[1] Cf. supra p. 61, 20 ss. [2] L. c. p. 62, 4 ss.
[3]. L. c. p. 62, 8 ss.

a sua causa proxima, tamen intelligere non importat ipsum pati vel fieri vel ipsum facere formaliter, sicut nec[1] aerem lucidum esse non importat formaliter lumen facere vel lumen fieri.

Ad quartum[2] dicendum, quod Deus potest facere actum intelligendi sine obiecto movente, non tamen sine obiecto cognito. ‖ Ád illud quod dicitur contra ε f. 11rα hoc[3] dicendum, quod obiectum cognitum presupponit motionem ad intelligendum, non tamen semper ab obiecto.

Ad primum, quod obicitur de utroque[4], dicendum, quod illa ratio deficit in tribus. Primo, quia potest dici vitalis a principio passivo, quia sc. est actus ipsius vivi subiective. Secundo deficit, quia est etiam ipsius vivi active, cum ponatur intellectus agens ibi actionem habere. Tertio, quia species ita est intranea ipsi viventi sicut actus ipse. Utrumque enim est accidens ipsius viventis.

Ad secundum[5] dicendum, quod maior est falsa, quia activum agendo requirit passivum, et passivum activum. Sed verum est, quod nulla res ad proprium actum et naturalem, respectu cuius est sufficiens, non[1] requirit aliquid aliud in suo genere, puta activum non requirit aliud activum, ‖ et passivum non requirit aliud Vo f. 65vβ passivum, ‖ sed bene semper requirit passivum acti- Vi f.169vβ vum. Nunc autem intelligere est proprius actus intellectus possibilis, ut passivi; hoc autem non tollit requirere activum.

---

3 nec] etiam *Vi* 6 tamen *om Vi* 7 et ad ζ 8 supponit *Vo* 11 primum] autem *add Vo* 12 ista *Vo* 13 actus vitalis *Vi* 15 ibi *om Vo* 16 ipsi *om Vo* 17 accidens] actus *H Vi* 21 proprium] propositum ζ 27 ut] vel *Vo* ε

[1] Nota: Duplex negatio virtutem simplicis habet.
[2] Cf. supra p. 62, 14 ss. [3] L. c. p. 62, 17 ss.
[4] L. c. p. 62, 23 ss. [5] L. c. p. 63, 3 ss.

Ad tertium[1] dicendum, quod illud argumentum H f. 100rα ‖ fundatur super unum manifestum impossibile, sc. quod omne intelligere hominis sit eiusdem speciei. Primo, quia hoc est contra doctrinam Philosophi, ubique dicentis, quod actus diversificantur per obiecta. Secundo, quia omnes actus intelligendi essent eque perfecti quantum ad eorum perfectionem intrinsecam et specificam. Tertio quia sequeretur, quod omnes essent beati vel non beati, nisi ponatur, quod beatitudo et non beatitudo sint eiusdem speciei. Si dicatur, quod non, propter relationem ad diversa, quero, utrum actus intelligendi dicat formaliter relationem ipsam vel absolutum. Si absolutum, illud est unum et idem, et tunc sequuntur predicta inconvenientia. Si relationem formaliter, quero, utrum omnes actus intelligendi dicant relationem eandem specie. Si sic, idem inconveniens quod prius. Si non, ratio est nulla, que dicit quod, quia intelligere est proprietas speciei specialissime, non potest differre specie.

Dicendum ergo, quod proprietas speciei specialissime quandoque est unius speciei specialissime, maxime de illis, que de necessitate consequuntur, sicut risibile in homine et potentia intellectiva. Quandoque autem proprietas speciei specialissime dicit plura sub quadam indifferentia, sicut proprietas linee est rectitudo vel ζ f. 80vβ curvitas; ‖ et curvitas potest esse arcualis vel circularis.

---

2 supra *Vo* falsum et impossibile *H* 4—5 ubicumque *H* 7 intraneam *Vi* et *om H Vi* 8 quia *om ζ* sequitur *H* 9 nisi] si *ζ* ponantur *Vo* 10 sit *H* 11 propter] hoc quod habent *add in marg. Vo* diversa] ratione *add H* 12 ipsam *om H* 13 sequitur *H* 15 omnes *om H* 16 eandem] sc. *add Vo* specie] vel non *add Vi* inconveniens] est *add H* 18 intelligere *om Vi* proprietas quedam *H* 20 ergo *om H Vo ε* 23 intellectivi *H* 24 speciei *om Vi* 25 linee *et* vel curvitas *om H*

[1] Cf. supra p. 63, 8 ss.

Quantum ad secundam eorum conclusionem[1], quod sc. obiectum est causa sine qua non, ratio eorum non probat, nisi quia fundatur super rationibus, quibus credunt se probasse, quod obiectum non requiratur ut causa propter quam sit; ostensum est autem, quod ille rationes non valent.

Quod autem dicunt tertio[2], quod dans formam est causa propter quam sit, sc. dans potentiam intellectivam, dicendum, quod dans formam pro tanto dicitur causa actus, inquantum dat formam propter quam est actus. Et si forma illa sit principium passivum, sicut dyaphanitas in aere, dans tale principium dat pati, et hoc non excludit requirere activum, sicut dare aeri dyaphanitatem non excludit requirere corpus illuminativum. Si autem sit principium activum, tunc dans formam dicitur dare agere, sicut dans calorem dicitur calefacere. Nunc autem intellectus possibilis est principium passivum et receptivum respectu actus intelligendi. Et ideo dans intellectum possibilem non excludit necessitatem requirendi activum, sive hoc sit intellectus agens sive obiectum sive utrumque.

Ad illud autem, quod dicitur de esse in potentia accidentali[3], sciendum, quod ista verba »esse in potentia accidentali vel essentiali« non sunt directe verba Aristotelis in 8^0 Phis., sed sui Commentatoris[4], qui istam distinctionem videtur accepisse ex verbis

---

2 sc. *om Vi* 3 nisi] *om Vi ε* sed *ζ* rationes *Vo* 5 fit *Vo ζ* 6 iste *ζ* 8 propter quod (quam *ζ*) fit *H Vo ζ* 10 actus] alicuius *ζ* 11 ista *ζ* 14–15 illuminatum *ζ* 16 dare *om H Vo ζ* 17 calefacere] calere *H* dare calefacere *Vi* 22 autem *om Vi* 23 *H fere semper et ζ saepius habent:* actualis *etc.* dicendum *H* 26 verbo *ζ*

[1] Cf. supra p. 63, 18 ss. [2] L. c. p. 63, 25 ss.

[3] L. c. p. 64, 5 ss.

[4] Aristotelis De phys. aud. ll. octo cum Averrois Cordubensis Comm., Venetiis 1574, l. VIII t. 32 f. 369 ss.

Aristotelis ibi, quibus dicit, quod aliter est in potentia ad esse sursum illud, quod est in potentia leve et in potentia ad esse sursum, et aliter illud, quod est actu leve et in potentia ad esse sursum. Quorum primum vocat Commentator esse in potentia essentiali, secundum autem esse in potentia accidentali.

Ad cuius evidentiam sciendum, quod secundum utramque potentiam potest aliquid dici esse in potentia essentiali et accidentali; secundum quidem potentiam activam dicitur aliquid esse in potentia essentiali, quando est in potentia ad habendum principium activum et ad agere secundum ipsum, sicut diceretur esse in potentia essentiali ad calefaciendum illud, quod est in potentia ad calorem et ad agendum per calorem. In potentia vero accidentali, quod est actu calidum et non calefacit propter aliquod prohibens, et tale dicitur esse in potentia accidentali ad agendum, quia, quod non agat, non est propter aliquid, quod requiratur ex parte sua, sed propter illud accidens prohibens. Et simile est ex parte potentie passive. Nam non habens potentiam passivam dicitur in potentia essentiali ad ipsam et ad pati secundum eam; habens autem eam et non recipiens actum secundum eam precipue propter aliquod prohibens, ne recipiat actionem agentis, est in potentia accidentali secundum eam, sicut aer, qui non recipit illuminationem propter interpositionem fenestre, dicitur esse in potentia acci-

---

1 qui dicit ibi *H* in quibus dicit ibi *Vo* 2—3 et in potentia *om Vo* 4 et] est *add Vi* ζ 5—6 secundum autem] et alterum *H* 6 esse *om Vo* 8 esse *om* ζ 8—10 esse–dicitur *om H* 10 essentiali] accidentali *H* ad agendum *add Vi* 12 et *om H* ζ ad *om Vo* sicut si *H Vo* 13 esse *om H* ζ 15 actuali ζ actu *om H* 16 aliquid *Vo* 18 agit *H* est *om* ζ aliquod ζ 20 prohibens accidentale ε 24 vel prohibens *H* ne] ut *H*

dentali ad illuminationem. Quando ergo dicitur, quod H f. 100rβ illud, quod est ‖ in potentia ‖ accidentali, per se vadit ad Vi f. 170rα actum remoto prohibente, verum est active vel passive. Nunc autem habens intellectum possibilem est in potentia accidentali passiva ad intelligere. Et ideo presente obiecto convenienti in se vel in sui similitudine cum aliis activis vadit ad actum passive. Unde non sequitur, quin requirat ‖ activum vel speciem vel ob- ε f. k 7rβ iectum.

Per hoc patet ad argumentum principaliter factum ad partem contrariam, quia maior est falsa, et probatio, per quam probatur, est ostensa esse nulla.

---

2 vadit] redit *H* 8 actum *ζ* vel$_1$ *om H* 10 principale *ζ* 11—12 est—nulla] secundum quod probatum est, nulla est *H* 12 probatur *Vi* nullam *Vo*

Correctiones necessariae.

p. 33[1] *loco* 19, 6 ss. *legas* 18, 11 ss.
p. 38[5] ,, 20, 18—21, 6 *legas* 18, 2—6.
p. 41[3] ,, 23, 5 ss. *legas* 21, 10 ss.
p. 42[1] ,, 19, 16 ss. et 23, 25 ss. *legas* 18, 21 ss, et 21, 30 ss.
p. 42[3] ,, 10, 28 ss. et 20, 6—17 *legas* 10, 5 ss. et 19, 8—19.
p. 44[1] ,, 18, 24 ss. *legas* 18, 3 ss.
p. 44[2] ,, 23, 25—24, 24 *legas* 21, 30—22, 29.
p. 45[1] ,, 19, 1—10 *legas* 18, 8—15.
p. 45[3] ,, 19, 10—15 *legas* 18, 15—20.
p. 45[4] ,, 19, 16—20, 5 *legas* 18, 21—19, 7.
p. 46[1] ,, 20, 6—17 *legas* 19, 8—19.
p. 48[1] ,, 25, 9; 14 ss. *legas* 23, 14; 19 ss.
p. 50[1] ,, 21,7 ss. *legas* 19, 20 ss.
p. 51[1] ,, 22, 3 ss. *legas* 20, 14 ss.
p. 51[2] ,, 19, 17 ss. *legas* 18, 22 ss.
p. 52[1] ,, 23, 25 ss. *legas* 21, 30 ss.
p. 52[2] ,, 19, 6 ss. *legas* 18, 11 ss.
p. 52[3] ,, 23, 31 ss. *legas* 22, 5 ss.
p. 59[1] ,, 10, 23—11, 3 *legas* 10, 1—9.
p. 59[2] ,, 11, 3—25 *legas* 10, 10—11, 2.
p. 59[3] ,, 11, 26—12, 10 *legas* 11, 3—17.
p. 60[1] ,, 12, 11—21 *legas* 11, 18—28.
p. 61[2] ,, 14, 3—17 *legas* 13, 8—22.
p. 61[3] ,, 14, 27—15, 10 *legas* 14, 1—13.
p. 62[1] ,, 15, 11—14 *legas* 14, 14—17.
p. 62[2] ,, 15, 15—16, 28 *legas* 14, 18—16, 2.
p. 62[3] ,, 17, 29—18, 3 *legas* 17, 4—8.
p. 62[4] ,, 18, 4—23 *legas* 17, 9—28.
p. 62[5] ,, 10, 20—27; 17, 18—28 *legas* 9, 28—10, 4; 16, 24—17, 3
p. 63[1] ,, 12, 22—27 *legas* 11, 29—12, 2.
p. 63[2] ,, 17, 8—17 *legas* 16, 14—23.
p. 63[3] ,, 24, 29—25, 17 *legas* 23, 2—22.
p. 63[4] ,, 22, 16—23, 20 *legas* 20, 24—21, 25.

Usque adhuc sex fasciculi editi sunt:

Fasc. I. S. THOMAE AQUINATIS *De ente et essentia* opusculum edidit Lodovicus Baur. 60 p. RM. 1.20.

Fasc. II. GUIDONIS TERRENI *Quaestio de magisterio infallibili Romani Pontificis,* quam edidit P. Bartholomaeus M. Xiberta O. Carm. 32 p. RM. 0.80.

Fasc. III. S. THOMAE DE AQUINO *Quaestiones de natura fidei* (ex commentario in libri tertii sententiarum distinctiones 23 et 24) secundum fidem manuscriptorum denuo edidit Franciscus Pelster S. J. 64 p. RM. 1.20.

Fasc. IV. GABRIELIS BIEL *Quaestiones de iustificatione,* quas edidit Carolus Feckes. 64 p.

Fasc. V. THOMAE DE SUTTON O. P. *Quaestiones de reali distinctione inter essentiam et esse* secundum fidem manuscriptorum primum edidit Franciscus Pelster S. J. 64 p. RM. 1.20.

Fasc. VI. DURANDI DE S. PORCIANO O. P. *Quaestio de natura cognitionis (II Sent. [A] d. 3 q. 5) et Disputatio cum Anonymo quodam nec non Determinatio* HERVEI NATALIS O. P. *(Quol. III q. 8).* Ad fidem manuscriptorom edidit Josephus Koch. 76 p.

Fasc. VII. *Tractatus de sex principiis* GILBERTO PORRETANO adscriptus. Ad fidem manuscriptorum denuo edidit Albanus Heysse O. F. M.

Ex Officina Libraria Aschendorff

Münster in Westfalen

Inter fasciculos proxime edendos erunt haec opuscula vel quaestiones:

. Koch, DURANDI DE S. PORCIANO *Quaestiones de habitibus.*

A. Deneffe, *Quaestiones ineditae* GUALTERI CANCELLARII et alterius Anonymi O. Min. *De assumptione B. V. Mariae.*

B. Geyer, S. ANSELMI opusculum *Cur Deus homo.*

Fr. Pelster, ROGERII MARSTON O. MIN. *Quaestiones selectae de cognitione.*

M. Grabmann, REMIGII DE GIROLAMIS O. Pr. *De divisione philosophiae.*

Fr. Pelster, HENRICI DE HARCLAY Cancellarii Oxoniensis *Quaestio inedita de univocatione entis inter Deum et creaturam.*

* * *

Recensiones fasciculorum adhuc editorum:

Ita sine dubio hi fasciculi magno usui esse possunt tum studio privato, tum maxime in exercitiis scholasticis.

Gregorianum, 1926, fasc. III.

Nous souhaitons un large succès à cette entreprise, qui nous intéresse et par son objet et par la méthode qu'elle préconise et facilite.

Bulletin Thomiste, novembre 1925.

The series is a credit to modern German Catholics scholarship, and will be a welcome addition to accessible source material on the Middle Ages.

Anglican Theological Review, 1927.

Ex Officina Libraria Aschendorff

Münster in Westfalen